dico vobis: ne vindicetis: qḋ adimpletio eſt. Si per
hec v̄ba qḋ legi defuit a chriſto additū mihi videre
tur: ac nō poti⁹ id qḋ lex volebat efficere: ne iniuſte
ſe quiſq; vindicaret: cōſeruari tuti⁹ ſi oīno ſe nō vin
dicaret. CHRY. ſup matth. Sine hoc enī mãdato
legis mandatū ſtare non pōt: q2 ſi ſm legis manda
tum omnib⁹ reddere mala ꝓ malis ceperimus: oēs
efficiemur mali eo ꝙ ꝑſequētes abundēt. Si aūt ſꝫ
chriſti preceptū non reſiſtit᷑ malo: ⁊ ſi mali nō leniū
tur: tn̄ boni ꝑmanebunt boni. HIERO. Dñs ḡ nr̄
viciſſitudinē tollēs truncat initia peccatoꝝ. in lege
nãq; culpa emēdat᷑: hic peccatoꝝ auferunt᷑ exordia.
GLO. Uel pōt dici ꝙ dñs hoc dixit: iuſticie vete-
ris legis aliquid addēs. AVG. de ſer. do. in mōte:
Phariſeoꝝ enī iuſticia minor: eſt nō excedere vindi
cte modum: ⁊ hoc eſt pacis inchoatio. perfecta aūt
pax eſt talem penit⁹ nolle vindictã. Intra illud ḡ ꝑ
mum qḋ preter legem eſt: vt mai⁹ malū pro minori
malo reddat᷑. Et hoc qḋ domin⁹ ꝑficiendis diſcipu
lis dicit: ne ꝓ malo vllū malum reddat᷑: mediū lo-
cum tenet vt tãtū reddat᷑: quãtū acceptū eſt: ꝑ qḋ
a ſumma diſcordia ad ſummã concordiã tranſitus
factus eſt. Quiſquis enī malū prior infert: maxime
a iuſticia diſtat. Quiſq̄s autē nulli prior malefecit: ſꝫ
tamē leſus rependit graui⁹: receſſit aliquãtulum a
ſumma iniquitate. Qui vero tantū reddit: q̄tum ac
cepit: iam aliquid donat. iuſtū eſt enī eum qui leſit
prior graui⁹ ledi. Hanc ergo inchoatã minime iuſti
ciam ille ꝑficit: qui legē venit īplere. Duos autē gra
dus qui īterſint: intelligendos reliquit. Nã eſt qui
nō reddat tm̄: ſed min⁹. Et hinc aſcēdit qui oīno nil
rependerit: qḋ pax videt᷑ dño: niſi ⁊ ampli⁹ ſis para
tus ſuſcipere. Quapropter nō ait: nō reddere malū
ꝓ malo: ſed non reſiſtere aduerſus malū: vt nō ſo-
lum non repēdas qḋ tibi fuerat irrogatū: ſed etiam
nō reſiſtas quin aliud irroget᷑. Hoc enī eſt qḋ cōue
nienter exponit᷑: Sed ſiquis te ꝑcuſ. in dexte. maxil.
tuã: prebe ei ⁊ alterã. Quod ad miſericordiã ꝑtine-
re hi maxime ſentiūt: qui eis quoſ multū diligūt ſer
uiunt: vel prauis vel phreneticis a quib⁹ multa ſepe
patiunt᷑. ⁊ ſi eoꝝ ſalus id exigat: ꝓbent ſe etiã vt plu
ra patiant᷑. Docet ergo domin⁹ medicus animarū
vt diſcipuli ſui eoꝝ quorū ſaluti conſulere vellent:
imbecillitates equo animo tolerarēt. Omnis nãq;
improbitas ex imbecillitate animi venit: q2 nihil in
nocenti⁹ eſt eo qui in virtute ꝑfectus eſt. AVG.
cōtra menda. Ea vero que in nouo teſtamēto a ſan
ctis facta ſunt: valent ad exempla ītelligendaꝝ ſcri-
pturarū: que in p̄ceptis digeſta ſunt: velut cum legi
mus in euãgelio: Accepiſti alapã: exemplū autē pa

tientie nullū ꝗ̄ ipſi⁹ dñi excellētius īuenim⁹: ⁊ ipſe
cum alapa ꝑcuſſus eſſet: nō ait: Ecce alterā maxillā
ſed ait: Si male dixi: exprobra de malo: ſi autē bñ:
q̄d me cedis? vbi oñdit illā ꝑparationē alteri⁹ maxil
le in corde faciēdā. AVG. in ſer. do. in mōte: Pa
ratus enī fuit dñs nō ſolū in alterā maxillā cedi ꝓ
ſalute omniū: ſed in toto corpore crucifigi. Queri āt
pōt: q̄d ſit dextera maxilla. Sed cū facies ſit: q̄ quiſꝗ
cognoſcit̄: ī faciē cedi ſcd̄m aplm̄: ē ɔtēni ac deſpici.
Sꝫ q̄m facies nō pōt dici dextera ⁊ ſiniſtra: ⁊ tamē
nobilitas eſt: ſm̄ deū ⁊ ſm̄ ſeculum ita diſtribuit̄:
tanꝗ̄ in dexteram maxillā ⁊ ſiniſtrā: vt in quocūꝗ
diſcipulo chriſti contēptū fuerit ꝙ chriſtian⁹ ē mul
tomagis in ſe contēni parat⁹ ſit: ſiquos huiuſmodi
ſeculi honores hꝫ. Oīa aūt ī q̄b⁹ iꝑrobitatē aliꝗ̄ pa
timur: ī duo genera diuidunt̄: q̄m vnū eſt: quod re
ſtitui nō pōt: alter quod pōt. Sed ī illo quod reſti/
tui non pōt: vindicte ſolatiū queri ſolet. Quid enim
ꝓdeſt ꝙ ꝑcuſſus repcutis: nunq̄d ꝓpterea qd̄ ī cor
pore leſum eſt reſtituit̄? ſed tumidus anim⁹ talia fo
menta deſiderat. CHRYSO. ſuper matth. Nūq̄d
autem ſi repercuſſeris eū compeſcuiſti eū: vt te nō ꝑ
cutiat? ſed magis excitaſti eum vt adhuc percutiat:
Nam iracundia per iracūdiam non cōpeſcitur: ſed
ampli⁹ irritat. AVGV. in ſer. do. in monte: Unde
domin⁹ poti⁹ miſericorditer ꝑferendā alteri⁹ infir/
mitatē iudicat: ꝗ̄ alieno ſupplicio ſuā mitigandam
neꝗ tamē hic ea vindicta ꝓhibet̄ que ad correctio
nem valet. Ipſa enī pertinet ad miſericordiā: nec im
pedit illō ꝓpoſitū quo quiſꝗ parat⁹ ē ab eo quē corre
ctū eē vult plura deferre. Reqrit̄ tñ vt ⁊ ille vīdicet:
cui rerū ordine poteſtas data eſt: ⁊ ea volūtate vin/
dicet: q̄ pr̄ ī filiū paruulū quē odiſſe nō pōt. Sancti
aūt viri nōnulla peccata morte punierunt: quo ⁊ vi
uentib⁹ vtilis met⁹ incuteret̄: ⁊ illis q̄ morte punie/
bant̄: non ipſa mors noceret: ſed peccatū quod au/
geri poſſet ſi viuerent. Inde ē ꝙ helias multos mor
te affecit: de quo cū exēplū cepiſſent diſcipuli: repre
hēdit ī eis dñs nō exēplū ꝓphe: ſed ignorātiā vindi
candi: aīaduertens eos non amore correctionis: ſed
odio deſiderare vindictam. Sed poſtꝗ̄ eos docuit
diligere ꝓximū: infuſo ēt ſpū ſancto: nō deſerunt ta
les vindicte. Nam ⁊ verbis petri ananias ⁊ vxor ei⁹
exanimes ceciderunt. Et paulus apoſtolus tradidit
quēdam ſathane in interitū carnis. ⁊ ideo quidā ad
uerſus corporales vindictas: que ſūt in veteri teſta/
mento: neſcio qua cecitate ſeuiūt: quo aīo fcā ſūt ne
ſciētes. AVG. ad boniſa. comitē: Quis aūt mente
ſobri⁹ regib⁹ dicat: nō ad vos ꝑtinet: q̄s velit eſſe ſi
ue religioſus ſiue ſacrilegus: q̄bus dici nō pōt. Nō
aūt ad nos ꝑtinet in regno veſtro: q̄s velit pudicus
eē aut iꝑudic⁹. Meli⁹ ē quidē ad deū colēdū hoīes
duci ꝗ̄ pena cōpelli. Multis autē ꝓfuit: qd̄ experi
mēto ꝓbam⁹: ꝑus dolore vel timore cogi: vt poſtea
poſſint doceri: aut qd̄ iā v̄bis didicerant: ope ſectari
Sicut enī meliores ſunt quos dirigit amor: ita plu
res ſunt quos corrigit timor. Agnoſcāt in aplm̄ pau
lū ꝑus cogētē chriſtū: ⁊ poſtea docētē. AVG. in
ſer. do. ī mōte: Tenebit̄ g̃ hoc iniuriarū genere qd̄ ꝑ
vindictā luit̄ iſte mod⁹ a chriſtianis vt accepta iniu
ria nō ſurgat odiū: ſed paratus ſit anim⁹ plura per/
peti: nec correctionē negligat: que vel conſilio vel
auctoritate vti pōt. HIERO. Secūdum aūt myſti
cos ītellect⁹ ꝑcuſſa dextera nr̄a: nō debem⁹ ſiniſtrā
ꝓbere: ſꝫ alterā: hoc ē alterā dexterā: iuſt⁹ enim ſini
ſtram nō habet. Si nos heretic⁹ in diſputatione ꝑ
cuſſerit: ⁊ dextrū dogma voluerit vulnerare: oppo/
nat̄ ei aliud de ſcripturis teſtimoniū. AVG. ī ſer.
do. in mōte: Aliud aūt iniuriarū gen⁹ eſt qd̄ īegrū
reſtitui pōt: cui⁹ due ſunt ſpēs. vna ad pecuniā: alte
ra ad opa pertinet. vnde de ꝑmo horum duorū ſub
dit: Et ei qui vult tecū in iudicio contēdere: ⁊ tunicā
tuam tollere: dimitte ei ⁊ pallium. Sicut g̃ qd̄ poſi
tū ē de ꝑcuſſa maxilla oīa ſignificat: que ſic ingerun
tur ab improbis vt reſtitui non poſſint niſi vindicta
ita quod poſitum eſt de veſtimento omnia ſignifi/
cat que poſſunt reſtitui ſine vindicta: ⁊ hoc etiā ad
ꝑparationem cordis: nō ad oñſionē operis ꝓceptū
recte intelligit̄. Et qd̄ de tunica ⁊ veſtimēto dictum
eſt: in omnib⁹ faciendū eſt: q̄ aliquo iure tēporaliter
nr̄a eē dicim⁹. Si enī de neceſſarijs hoc iꝑatū eſt
quātomagis ſuperflua contēnere conuenit. Et hoc
ipſe ſignat cum dicit: Qui vult tecum in iudicio ɔtē
dere. Oīa ergo intelligunt̄ de quibus in iudicio no
biſcū cōtēdi pōt. Sed vtrū ⁊ de ſeruis accipiēdum
ſit magna queſtio eſt: nō enī chriſtianū oportet ſic
poſſidere ſuū q̄uo equū: ꝗ̄uis fieri poſſit: vt maio
ri precio valeat equ⁹ ꝗ̄ ſeruus. Sed ſi ſuus rectius
a te regit̄: ꝗ̄ ab illo q̄ eum cupit auferre: neſcio vtrū
quiſquā audeat dicere eū vt veſtimentū debē ɔtēni
CHRY. ſup matthe. Indigna aūt res eſt: vt hō fi/
delis ſtet in iudicio ante conſpectū iudicis infidelis.
Uel ſi fidelis certe ſecularis ⁊ qui te venerari debu
erat: ꝓpter dignitatē fidei: iudicat te propter neceſſi
tatē cāe: ⁊ ꝑdes dignitatē chriſti ꝓpt̄ negociū mūdi.
deinde omne iudiciū irritatio cordis eſt ⁊ cogitatio
num malar. nā ſi videris ꝙ cauſa tua fraudib⁹ aut
pecunijs expugnetur: ⁊ ſimiliter tu cauſe tue adeſſe
feſtinas: ⁊ſi ab initio hoc conſilium non habuiſti.
AVG. in enchiridion: Et ideo ꝓhibuit hic domin⁹
ſuos de ſecularib⁹ rebus cū alijs habere iudiciū: tñ
cū apoſtolus ſinit in eccleſia talia iudicia finiri inter
fratres fratribus iudicātibus: extra eccleſiā vo terri
biliter vetat: manifeſtū eſt q̄d ſcd̄m veniam ɔcedat̄
infirmis. RABA. in moralib⁹: Sꝫ tñ q̄dā dū tpa/
lia nobis rapiūt ſolūmodo ſūt tolerādi. Quidā vo
ſunt ſeruata charitate ꝓhibēdi: nō ſola cura ne nr̄a
ſubtrahant̄: ſed ne rapiētes nō ſua ſemetipſos ꝑdāt
Plus enī ipſis raptorib⁹ debemus metuere ꝗ̄ re/
bus irrationabilibus inhiare. Cum autē ꝑ terrena
re pax a corde cū ꝓximo ſcinditur: apparet ꝙ plus
res ꝗ̄ ꝓxim⁹ amat̄. AVG. in ſer. do. Tertiū vero ī
iuriarū genus: qd̄ ad operā ꝑtinet ex vtroꝗ conſe/
ctum ē: ⁊ cū vindicta ⁊ ſine vindicta pōt reſtitui: nā
qui angariat hominem ⁊ cogit ſe improbe adiuuari
ab inuito: ⁊ penā improbitatis pōt luere ⁊ operam
reddere. In hoc ergo genere iniuriarum dñs docet
animū chriſtianū eē patientiſſimū: ⁊ ad plura ꝑferē/
da paratū. vñ ſubdit: Et quicūꝗ te angariauerit mil
le paſſus: vade cum illo alia duo. ⁊ hoc vtiꝗ mo/
net non tam vt pedibus agas ꝗ̄ vt animo ſiſparat⁹
CHRY. in ho. Angariare enim eſt iniuſte trahere
⁊ ſine ratione vexare. AVGV. de ſermo. domi. in
mōte: Sic ergo dicū putamus: Uade cū il. alia duo

ſcilȝ milia: vt tria compleri voluerit: quo numero ſi
gnificatur pfectio vt meminerit quiſquis hoc facit:
pfectā ſe implere iuſticiā: ꝓpter qḋ ⁊ tribus exēplis
hoc p̄ceptū inſinuauit. ⁊ ī hoc tertio exēplo ſimplo
duplū addit: vt triplū compleatur. Uel p hoc acci-
pitur ꝙ in p̄cipiēdo tanq̄ȝ tolerabili⁹ incipiēs pau-
latim creuerit. nā p̄mo p̄beri voluit alterā maxillaȝ
cum fuerit dextra pcuſſa: vt min⁹ pferre parat⁹ ſis:
q̄ȝ ptuliſti. Deinde illi q̄ tunicā vult tollere iubet ⁊
pallium dimitti: vel veſtimētū ſm aliā lr̄aȝ: qḋ aut
tantūdē eſt: aut non multo amplius. Tertio de mil
le paſſib⁹ q̄bus addēda dicit duo milia vſq̄ȝ ad du-
plum pducit: Sed q̄n pax ē non nocere: niſi ⁊ bene
ficiū p̄ſtes: ꝯſequēter adiūgit ⁊ dicit: Qui aūt petit a
te da ei. CHRY. ſuper matth. Quia diuitie noſtre
non ſunt: ſed dei. Deus enī diſpenſatores diuitiarū
ſuaꝝ voluit eſſe nos non dn̄os. HIERO. Sed ſi
de elemoſynis tm̄ dictū intelligamus: in pluribus
pauperibus hoc ſtare non pōt: ſed vt diuites ſi ſem
per dederint ſemper dare non poterūt. AVG. in
ſer. dn̄i: Dicit ergo: Omni petenti da: nō oīa petenti:
vt id des: qḋ dare honeſte potes ⁊ iuſte. Quid eniȝ
ſi pecuniā petat: qua innocentē conetur opp̄mere?
quid ſi ſtuprū petat? Dandū ē ergo qḋ nec tibi nec
alteri noceat: q̄ȝtū ab homine credi pōt: ⁊ cū nega-
ueris qḋ petit: iudicanda ē iuſticia vt non eum ina-
nem dimittas: ⁊ aliquādo meli⁹ aliquid dabis cuȝ
petentē iniuſte correxeris. AVG. ad vincen. Uti-
lius enī eſurienti panis tollitur: ſi de cibo ſecurus iu
ſticiā negligat: q̄ȝ eſurienti panis frangit̄: vt vi iniu-
ſticie ſeduct⁹ acquieſcat. HIE. Pōt enī intelligi d̄
pecunia doctrine que nūq̄ȝ deficit: ſed quāto plus
datur: tanto amplius duplicat̄. AVG. Qḋ auteȝ
ait: Et volenti mutuari a te ne auertaris: ad animuȝ
referendū eſt. hylarē enī datorē diligit deus. Mu-
tuatur aūt omnis q̄ accipit: ⁊ ſi ipſe nō ſoluturus ſit:
q̄ꝛ miſericordibus deus plura reſtituit. aut ſi nō pla
cet accipe mutuātē niſi eū qui accipit redditur⁹: in-
telligendū ē dn̄m ipſa duo genera p̄ſtandi eſſe com
plendū. nam aut donam⁹ aut redditurо cōmenda-
mus. Recte ergo ad hoc beneficij genus hortando
dicit: Ne auertaris. i. ne ꝓpterea volūtatē alienes:
quaſi deus nō redditurus ſit: cū hō reddiderit. cum
enim ex p̄cepto dei facis: infructuoſū eſſe non pōt.
CHRY. ſup matth. Ergo iubet nos chriſt⁹ mutuū
dare: non tm̄ ſub vſuris: q̄ꝛ q̄ ſic dat nō ſua dat: ſȝ ali
ena tollit. de vno vinculo ſoluit: ⁊ multis alligat: ⁊
non ꝓpter dei iuſticiā dat: ſed ꝓpter ꝓpriū lucruȝ.
Similis ē etiā pecunia vſuraria aſpidis morſui. naȝ
ſicut venenū aſpidiſ latenter oīa mēbra corrumpit:
ſic ⁊ vſura oēs facultates conuertit in debitum.
AVG. ad marcel. Obijciūt aūt quidā ꝙ hec chriſti
doctrina rei publice moribus nulla ex parte ꝯueni
at. nā q̄s inquiūt tolli ſibi ab hoſte aliq̄d patiat̄: vel
romane ꝓuincie depdatorib⁹ non male velit belli
iure reprehēdere. Sūt aūt iſta p̄cepta patiētie ſemp
in cordis p̄patione retinēda: ipſaq̄ȝ beniuolentia ne
reddat̄ malū ꝓ malo ſemp ī volūtate cōplēda eſt.
Agēda ſūt aūt multa ⁊ cū inuitis benigna q̄dā aſpi
tate plectētis ac p h̄ ſi terrena reſpu. p̄cepta chriſtia
na cuſtodiat: ⁊ ipa bella ſiue nō beniuolētia nō ge
rētur: vt ad impietatis iuſticieq̄ȝ pacatā ī ſocietateȝ
victis facili⁹ ꝯſulat̄. nā cui licētia iniq̄tatis eripitur
vtilit̄ vincit̄: quoniā nihil ē infelicius facilitate pec
cantiū: qua penalis nutritur impunitas: ⁊ mala vo
luntas velut hoſtis interior roboratur.

¶ Audiſtis quia dictū eſt: diliges
proximū tuū: ⁊ odio habebis inimi
cum tuū. Ego autē dico uobis: dili
gite īimicos ueſtros: benefacite his
qui oderūt uos: ⁊ orate pro pſequē
tibus ⁊ calūniantibus uos: ut ſitis
filij patris ueſtri qui in celis eſt: qui
ſolē ſuuȝ oriri facit ſup bonos ⁊ ma
los: ⁊ pluit ſuper iuſtos ⁊ iniuſtos.
Si. n. diligitiſ eos qui uos diligūt:
quam mercedem habebitis? Non
ne ⁊ publicani hoc faciunt? Et ſi ſa
lutaueritis fratres ueſtros tm̄: qd
amplius facitis? Nonne ⁊ ethnici
hoc faciunt? Eſtote ergo uoſ perfe
cti: ſicut ⁊ pr̄ ueſter celeſtis pfect⁹ ē.

GLO. Docuit dn̄s ſupra iniuriā inferēti nō eē re
ſiſtendū: ſȝ ad plura pferēda paratū eē. nūc aūt vlte
rius docet iniuriā inferētib⁹ impendēdū eē charita
tis affectū ſil' ⁊ effectū. Et cū p̄miſſa ad cōplemētuȝ
iuſticie legis ptineāt: ꝯuenienter hoc vltimū ptinet
ad impletōȝ charitatꝭ: q̄ ſm ap̄lm ē legis plenitudo
Dicit ḡ: Audiſtis q̄ꝛ dictū ē: diliges ꝓximū tuum.
AVG. in p̄mo de doct. xp̄ia. Qḋ aūt nullū hoīeȝ
excepit: qui p̄cepit ꝓximū diligē: dn̄s in parabola ſe
miuiui relicti oñdit dicēs ꝓximū q̄ erga illū extitit
miſericors: vt eū intelligam⁹ ꝓximū cui exhibendū
eē miſericordie officiū: ſi indigeret: qḋ nulli negan-
dū eē quis nō videat: dn̄o dicente: Benefacite his
q̄ oderūt vos. AVG. de ſer. do. ī mōte: Gradū aūt
eē in phariſeoꝝ iuſticia: q̄ ad legē veterem ptineret:
hinc intelligit̄ ꝙ multi etiā eos a q̄b⁹ diligūt̄ ode-
rūt. Aſcēdit ḡ aliquē gradū: q̄ ꝓximū diligit: q̄ȝuis
adhuc oderit inimicū. vñ ad hūc deſignādū ſubdit̄:
Et odio hēbis inimicū tuū. Que vox nō ē accipien-
da vt iubētis iuſto ſȝ pmittētis infirmo. AVG. ꝯ
fauſtū: Quero aūt a manacheis cur ꝓpriū velint eē
legis moyſi qḋ dictū ē antiq̄s: oderis inimicū tuum
an ⁊ paul⁹ nō dixit hoīes quoſdam deo odibiles.
Querēdū ē ḡ quō intelligat̄ exemplo dei cui dixit
paul⁹ quoſdā odibiles odio hn̄dos īimicos. Et rur
ſus exemplo dei qui facit ſolē ſuū oriri ſup bonos
⁊ malos diligendos inimicos. Hec itaq̄ȝ regula eſt
qua ⁊ oderim⁹ inimicū propt̄ id qḋ in eo malū eſt
. i. iniquitatē: ⁊ diligam⁹ inimicū propt̄ id qḋ in eo
bonū eſt. i. rationabilē creaturā. Audito igitur ⁊ nō
intellecto quod antiquis dictū erat: Oderis inimi-
cum tuum: ferebantur homines in hoīs odiū: cū nō
deberēt odire niſi vitiū. Hoc ergo corrigit dn̄s cum
ſubdit: Ego aūt dico vobis: diligite inimicos vr̄os.
vt qui iā dixerat: Non veni ſoluere legem: ſed im-

plere. Precipiēdo vtiqꝫ vt diligam⁹ inimicos: coge
ret nos intelligere quō poſſem⁹ vnū eūdēqꝫ hoīem
ꝛ odiſſe ꝑpter culpā: ꝛ diligere ꝑpter naturam.
GLO. Sed ſciendū ē in toto corꝑe legis nō eē ſcri/
ptū: Odio habebiſ inimicū tuū. ſꝫ hoc dr̄ q̄ſtū ad tra
ditionē ſcribaꝝ: quib⁹ viſū ē hoc addēdū: q̄a dn̄s p̄/
cepit filiis iſrl' ꝑſequi inimicos ſuos: ꝛ delere ama/
lech de ſub celo. CHRY. ſup matth. Sicut enim qō
dictū ē: Non ꝯcupiſces: nō dictū ē ad carnem ſꝫ ad
animā: ſic ꝛ in hoc loco: caro quidē inimicū ſuū di/
ligere non pōt: aīa aūt pōt: q: dilectio vel odiū car/
nis in ſenſu ē: aīe vō ī intellectu. Qū ḡ nocemur ab
aliquo: tn̄ ſentim⁹ odiū: nō tn̄ exequi volum⁹ ꝯgno
ſce: q: caro nr̄a odit inimicū: aīa vō diligit. GRE.
xxi. mora. Inimici aūt dilectio tūc veracit̄ cuſtodit̄:
cum nō de ꝑfectu deijcimur: nec de ruina illi⁹ leta/
mur. Nō enī amat aliq̄s quē nō vult eē meliorem:
cuīqꝫ ſtantē voto ꝑſequit̄: quē cecidiſſe gratulatur.
Euenire tn̄ plerūqꝫ ſolet: vt nō amiſſa charitate ꝛ in
imici nos ruina letificet: ꝛ rurſū ei⁹ gloria ſine inui/
die culpa ꝯtriſtet: cū ꝛ ruēte eo quoſdā bene erigi
credimus: ꝛ ꝑficiēte illo pleroſqꝫ iniuſte opprimi ti
meam⁹. Sed ad hoc ſeruādū ē diſcretiōis examen:
ne cū nr̄a odia exequimur: fallamur ſub ſpecie vti/
litatiſ aliene. Oportet etiā pēſare q̄d debem⁹ ruine
pctōris: ꝛ q̄d iuſticie feriētis. nam cū ꝑuerſū quēq̄ꝫ
oīpotēs ꝑcutit: ꝛ congaudēdum ē iuſticie iudicis: ꝛ
condolendū miſerie ꝑeuntis. GLO. Qui aūt ſunt
ꝯ eccleſiā trib⁹ modis ei aduerſantur: odio: verbis:
cruciatu corꝑis. ecōtra diligit. vn̄ dicit̄: Diligite ini/
micos vr̄os: benefacite. vn̄ ſeq̄t̄: Benefacite hiſ qui
oderunt vos. vnde ſequitur: Et orate pro perſequē.
ꝛ calū. vos. HIERO. Multi p̄cepta dei imbecil/
tate ſua: nō ſcoꝝ virib⁹ eſtimātes: impoſſibilia pu/
tant eē q̄ p̄cepta ſūt: ꝛ dicūt ſufficē v̄tutib⁹: nō odiſ/
ſe inimicos. ceteꝝ diligē plus p̄cipi q̄ꝫ hūana natu/
ra patiat̄. Sciēdū ē ḡ chriſtū nō impoſſibilia p̄cipe:
ſed ꝑfecta q̄ fecit dauid in ſaul ꝛ abſolon. Stepha/
nus quoqꝫ martyr ꝑ lapidātib⁹ dep̄catus ē. Et pau
lus anathema cupit eſſe ꝑ ꝑſecutoribus ſuis. Hoc
aūt ieſus ꝛ fecit: ꝛ docuit dicēs: Pat̄ ignoſce illis.
AVG. in encheridion. Sed ꝑfectoꝝ ſūt iſta filio/
rū dei: quo quidē ſe dꝫ oīs fidelis extēdē ꝛ hūanū
animū ad hūc affectū orādo deū: ſecūqꝫ luctādo ꝑ/
ducere. Tamē hoc tā magnū bonū tāte multitudi/
nis nō eſt quātā credim⁹ exaudiri: cū in orōne dr̄:
Dimitte nobis debita nr̄a: ſic ꝛ nos di. debi. nr̄is
AVG. in ſer. do. in mōte: Orit̄ aūt hic q̄ſtio q̄ huic
p̄cepto dn̄i quo nos hortatur orare ꝑ īimicis: mul/
te alie ſcripture ꝑtes videt̄ aduerſe: q: in ꝑphetis
īueniūt̄ multe imp̄catiōes aduerſus īimicos: vt ē il
lud: Fiant filij ei⁹ pupilli. Sed ſciēdū q̄ ꝑphete ſo
lent figura imp̄cantis futura p̄dicē. Sꝫ illud magis
mouet qō dicit iohānes: Eſt aūt pctm̄ ad mortē: nō
ꝑ illo dico vt oret q̄s: aperte enī oſ̄dit eſſe alienos
frēs pro q̄b⁹ orare nobis nō p̄cipit̄: ꝑ h̄ qō p̄mittit:
Siq̄s ſcit peccare frēm ſuū: cū dn̄s etiā ꝑ ꝑſecutori
bus nos iubeat orare. Nec iſta q̄ſtio ſolui pōt niſi
fateamur aliq̄ pctā eē in fratrib⁹ q̄ inimicoꝝ ꝑſecu/
tione ſūt grauiora. Nam ꝛ ſtephan⁹ orat pro eis a
q̄bus lapidat̄. q: nōdū chriſto crediderat. Et aplus
paulus nō orat pro alexādro q: frater erat: ꝛ ꝑ iui/
dentiā fraternitatē oppugnando peccauerat. Pro
quo aūt nō oras: iam nō ꝯ illū oras. Sed q̄d agim⁹
de his contra quos oratū a ſanctis accipim⁹: nō vt
corrigerētur: nam hoc mō pro ipſis poti⁹ oratū eſt.
ſed ad illā vltimā dānationē non ſic ꝯtra dn̄i tradi
torem ꝑ prophetā: nam illa p̄dictio futuroꝝ nō op/
tatio ſupplicij fuit. Sꝫ ſic in apocalypſi legim⁹ mar/
tyres orare vt vindicent̄: ſꝫ hic nō oportet moueri.
Quis enī audeat affirmare vtrū ꝯ ipſos hoīes: an ꝯ
regni pctm̄ petierint: Nam ipſa ꝛ iuſticie ꝛ miſeri/
cordie vindicta martyrū vt euertat̄ regnū pctī: quo
regnante tāta ꝑpeſſi ſūt. deſtruit̄ aūt partim corre/
ctione hoīm: partim dānatione ꝑſeuerātiū in pctō.
Nōne tibi videt̄ paul⁹ in ſeipſo ſtephanū vindicaſ
ſe cū dic: Caſtigo corp⁹ meū: ꝛ in ſuitutē redigo:
AVG. de q̄ſtio. no. ꝛ ve. teſta. Vel aīe occiſoꝝ cla/
māt vindicari ſe poſtulātes: ſic ſanguis abel clama
uit de terra: nō voce ſed rōne. Nā ꝛ op⁹ opificē lau
dare dr̄ ꝑ hoc ipſū q̄ vidētē ſe oblectat: nō enī tā im
patientes ſūt ſcī vt vrgeant fieri qō ſciūt tp̄e p̄finito
futuꝝ. CHRY. in ho. Vide aūt quot grad⁹ aſcen
dit: ꝛ qualiter nos ī ipſū v̄tutis verticē ſtatuit. Pri/
mus gradus ē: non incipe in iuſticiā: ſecūdus eq̄lē
non vindicari: tertius nō facere vexanti q̄ quis paſ
ſus eſt: quartus exponere ſeipſū ad patiendū mala:
quintus ampli⁹ ſe tribuere q̄ꝫ ille vult qui fecit ma
la: ſextus non odio habere eum q̄ hoc opatur: ſepti
mus diligere: octauus benefacere: non⁹ ꝑ ipſo ora
re. Et quia magnū erat p̄ceptū: p̄clarū p̄miū ſubdit:
ſcilꝫ fieri ſimiles deo. vnde dicit: Vt ſitis filij patris
veſtri qui eſt in celis. Siq̄s enī p̄cepta dei cuſtodi/
at: ꝛ filius dei efficitur: ergo nō in natura fili⁹ eſt hic
ſcilꝫ de quo loquit̄: ſed arbitrio ſuo. AVG. d̄ ſer.
do. in mōte: Ex illa aūt regula intelligendū ē qō h̄
dicit̄: quia ꝛ iohānes dicit: Dedit eis ꝑtātē filios dei
fieri. Vn⁹ enī naturaliter filius ē: nos autē ꝑtāte ac
cepta efficimur filij inq̄ſtū illa q̄ ab eo p̄cipiūt̄: iple
mus. Itaqꝫ nō ait: Facite iſta quia eſtis filij: ſed fa
cite iſta vt ſitis filij. Cum autē ad hoc voſ vocat: ad
ſimilitudinem ſuā vocat. vnde ſequitur: Qui ſolem
ſuū facit oriri ſup bonos ꝛ malos: ꝛ pluit ſuper iu
ſtos ꝛ iniuſtos. Poteſt autē per ſolem intelligi nō
iſte viſibilis: ſꝫ ille de quo dicitur: Vobis qui time
tis nomen dn̄i: orietur ſol iuſticie: ꝛ per pluuiā irri
gatio doctrine veritatis: quia ꝛ boniſ ꝛ malis appa
ruit ꝛ euangelizatus eſt chriſtus. HYLA. Vel in
baptiſmi ꝛ ſp̄ūs ſacramēto tribuit ſolem ꝛ pluuiā.
AVGV. Vel poteſt accipi ſol iſte viſibilis ꝛ plu
uia qua fructus gignūtur: q: iniqui ī libro ſapiētie
plangūt: Sol nō ortus eſt nobis. Et de pluuia ſpiri
tali dr̄: Mādabo nubibus meis ne pluāt ſup eam.
Sꝫ ſiue hoc ſiue illud: magna dei bonitate fit q̄ no
bis imitāda p̄cipit̄: nō aūt ſolum ait: Qui facit ſolē
oriri: ſꝫ addidit: Suū. i. quē ipſe fecit vt hic ām̄one
remur quāta liberalitate ex p̄cepto ei⁹ p̄ſtare debe
mus: que nō cream⁹ ſꝫ ex munerib⁹ ei⁹ accipim⁹.
AVG. ꝯ vincētiū: Sꝫ ſic iſta dona ei⁹ laudam⁹: ita
etiā flagella ī eos quos diligit cogitem⁹: vn̄ nō oīs
q̄ ꝑcit amic⁹ ē: nec oīs q̄ verberat inimic⁹. Meli⁹ ē
enī cū ſecuritate diligē q̄ꝫ cū lenitate decipē. AV/
GV. in libro de ciui. dei: Caute aūt dixit: Sup iu/
ſtos ꝛ iniuſtos: nō ſup iuſtos vt iniuſtos: quia oīa

bona deus nō ꝓpter hoīes dat: ſed ꝓpter ſcōs: ſic ⁊ flagella ꝓpter pctōres: ſed in bonis non ſepat pctōres a iuſtis: ne deſperēt: nec in malis iuſtos a pctōribus ne glorieť. Maxime cū malis bona nō proſint q̄ male viuētes ad ꝑiudiciū ſuū pcipiūt: nec bonis mala noceāt: ſ; magis ꝓſint ad iuſticie lucrum. ¶CHRY. ſup matth. Nam bonꝰ tpalibꝰ bonis nō extollit: nec malis frangiť. Malꝰ aūt iō huiuſmōi felicitate puniť: q̄ felicitate corrūpiť. Vel iō iſta tēporalia bona ⁊ mala vtriſq; voluit eſſe cōmunia: vt nec bona cupidiꝰ appetātur: q̄ mali habere cernuntur: nec mala turpiter euitētur: q̄bꝰ ⁊ boni afficiūť. ¶GLO. Amare aūt amātem nature ē: inimicū vō amare ē charitatis: ⁊ iō ſequiť: Si enī diligitis eos q̄ vos diligūt: quā mercedē habebitis. ſ. in celo. de his enī dicitur Recepiſtis mercedem vr̄az. Sed tñ hec oportet facere: illa non amittere. RABA. Si ḡ pctōres erga dilectores ſuos natura duce volunt eē benefici: multomagis vos maioris dilectiōis ſignū amplecti debetis: etiā nō amātes. vnde ſeqtur: Nonne ⁊ publicani hoc faciūt. i. q̄ publica vectigalia exigūt: vel q̄ publica negocia ſeculi vel lucra ſectanť. ¶GLO. Si vō ꝓ his tm̄ oraueritis: q̄ aliqua affinitate vobis cōiūcti ſūt: q̄d ampliuſ h; beneficiū vr̄m q̄; infideliū: vnde ſeqť: Et ſi ſaluta. frēs ve. tm̄ q̄d āpliꝰ facietis: Salutatio enī ē quedā ſpēs orōnis. Nonne ethnici hoc faciūt: ¶RABA. i. gētiles: nam ethnos grece latine gēs dr̄: q̄ tales ſunt vt fuerunt geniti. ſ. ſub pctō. ¶REMI. Quia vō pfectio dilectiōis vltra dilectionē inimicoꝝ nō pōt ꝓcedere. ideo poſtq̄; dn̄s ꝑcepit diligere inimicos ſubiūxit: Eſtote ergo ⁊ voſ pfecti: ſicut ⁊ pr̄ vr̄ celeſtis pfectꝰ eſt. Ipſe quidē pfectꝰ ē vt oīpotēs: hō aūt vt ab oīpotente adiuťꝰ. nā ſicut q̄nq; in ſcripturis ꝓ veritate ⁊ eq̄litate accipiť vt ibi: Sicut fui cum moyſe ita ero ⁊ tecū: aliq̄n aūt ꝓ ſilitudine vt hic. ¶CHRY. ſuper matth. Sicut enī filij carnales ſimulāt prēs in aliquo corpis ſigno: ita filij ſpiritales deū in ſcitate.

¶Attēdite ne iuſticiaꝫ ur̄am faciatis corā hoībus ut uideamī ab eis: aliogn mercedē nō habebitis apud patrē ueſtrū qui in celis eſt.

¶GLO. Poſtq̄; chriſtꝰ legē q̄tū ad ꝑcepta impleuit: incipit nūc eā adimplere q̄tuꝫ ad ꝓmiſſa vt ꝓ celeſti mercede ꝑcepta dei faciamꝰ: nō ꝓ terrenis q̄ lex ꝓmittebat. Oīa aūt terrena ad duo potiſſima reducūtur. ſ. ad hūanā gloriā: ⁊ ad terrenoꝝ affluētiā: quoꝝ vtrūq; in lege ꝓmiſſū eē videť. De gloria enī dr̄ in deutero. Faciet te dn̄s excelſiorē cūctis gentibus q̄ verſanť in terra. De affluētia vō tpaliū ibidē ſubditur: Abundare te faciet dn̄s in oībꝰ bonis. ⁊ iō dn̄s hec duo ab intētione fideliū excludit. ſ. gl'iaꝫ ⁊ terrenoꝝ affluētiā. Sed ſciēdū q̄ appetitꝰ glorie ꝓpinquꝰ ē vtuti. ¶CHRY. ſup matth. Ubi enī res agitur glorioſa: ibi faciliꝰ īuenit locū gloriatiōis occaſio: ⁊ iō intētionē glorie pmo dn̄s excludit. Pre oībꝰ enī vitijs carnalibꝰ piculoſiꝰ hoc eſſe ī hoībꝰ intellexit: cū enī oīa mala ſeruos diaboli vexent: cōcupiſcētia vane gl'ie magis vexat ſuos dei q̄; ſuos diaboli. ¶AVG. in li. de ſen. ꝓſpe. Quas etiā vires nocendi habeat hūane glorie amor: nō ſentit niſi q̄ ei bellū indixerit: q̄ etſi cuiq̄; facile ē laudē non cupere dū negať: difficile tñ ē ea nō delectari cū offertur. ¶CHRY. ſup matth. Intuere āt q̄liter incepit velut de fera aliq̄ difficile cognita diſputās: ⁊ apta furari eum q̄ nō valde vigilat. Occulte enī ingreditur ⁊ oīa q̄ intus ſūt inſenſibiliter aufert. ¶CHRY. in ho. Et iō hoc cautiꝰ cauēdū mandat dicēs: Attendite ne iuſticiā vr̄am faciatis corā hoībus. Cor aūt noſtꝝ attendē debemꝰ: inuiſibilis enī ē ſerpēs queꝫ obſeruare iubemur: ⁊ latenter ingrediť ⁊ ſeducit. ſed in corde mundo ſi ſurreptio inimici ſucceſſerit: mox hō iuſtꝰ diſcernit: q̄ ſpū alieno pulſať. Si aūt cor fuerit iniq̄tatibus plenū: ſuggeſtionē diaboli ñ facile intelligit. ⁊ iō pmiſit: Ne iraſcaris: Ne cōcupiſcas. q̄ q̄ malis iſtis ſubiectꝰ ē: cor ſuū nō pōt attēdere. Sed quō pōt fieri vt nō corā hoībꝰ elemoſynā faciamꝰ: aut ſi fiat quō nō ſentiemꝰ: Si. n. in pn̄te aliquo occurrerit paup: quō dabiť ei abſconſe: ſed educēdo eū in ſecreto videť q̄ dať. Sed ꝯſidera q̄ nō dixit: Ne tm̄ corā hoībꝰ faciatiſ. ſ; addidit: Ut videamī ab eis. Qui ḡ nō iō facit vt ab hoībus videať: etſi corā hoībꝰ fecerit: nō tm̄ corā hoībꝰ feciſſe videť. qui enī aliq̄d facit ꝓpter deū: neminē vidit in corde ſuo niſi deū: ꝓpter quē facit: ſic artifex euꝫ ſemp h; p oculis: q̄ ſibi opꝰ faciēdū ꝯmiſit. ¶GRE. Si ḡ dantis gloriā querimꝰ: ⁊ publicata nr̄a opera in ꝯſpectu illiꝰ occulta ſeruamꝰ. ſi vō ꝑ hoc noſtraꝫ laudē ꝯſpicimꝰ: foras ab eiꝰ ꝯſpectu iā fuſa ſūt: etiā ſi a multis ignorētur: ſed valde pfectoꝝ ē ſic oſtēſo ope actoris gloriā q̄rere: vt de illata laude: priuata neſciāt exultatione gaudere: quā infirmi q̄ pfecte ꝯtēnēdo nō ſupant: neceſſe ē vt bonū q̄ō opanť abſcondāt. ¶AVG. d̄ ſer. do. in mōte: In hoc vō q̄ dicit: Ut videamī ab eis. addēs: apparet h̄ eū ꝓhibuiſſe vt ibi finē nr̄i ꝓpoſiti collocemꝰ. nā ⁊ apl's q̄ dicit: Si adhuc hoībꝰ placerē: chriſti ſeruꝰ non eſſem: Alio loco dic: Ego hoībꝰ ꝑ oīa placeo. Q̄ō nō iō facit: vt placeret hoībꝰ: ſ; deo: ad cuiꝰ amorem corda hoīm volebat ꝯuertere ex eo q̄ō eis placebat. Sic nō abſurde loq̄reť q̄ diceret: In hoc ope quo nauē q̄ro: nō nauē q̄ro: ſ; patriā. ¶AVG. de ver. do. Dic aūt: Ut videamī ab eis. q̄ ſūt q̄dā q̄ ſic faciūt iuſticiā corā hoībꝰ vt nō videāť ab eis: ſ; vt ipſa opa videātur: ⁊ glorificeť pr̄ qui in celis ē: non enī ſuā iuſticiā deputāt: ſ; eiꝰ cuiꝰ fide viuūt. ¶AVG. de ſer. do. in monte: In hoc etiā q̄ addit: Alioq̄n mercedē non habebitis apud patrē veſtrū qui in celiſ ē: nihil aliud demōſtrat: niſi illud nos cauere oportere ne humanā laudē ꝓ noſtroꝝ opeꝝ mercede q̄ramus. ¶CHRY. ſup matth. Quid aūt a deo recipies: qui deo nihil dediſti: Nā q̄ō ꝓpter deū fit: deo dať: et ab eo recipiť. q̄ō aūt ꝓpť hoīes fit: in vētos effūdiť. Que eſt aūt ſapīa res dare ⁊ verba vacua cōpare: ⁊ mercedē dei ꝯtemnere: Vel illū aſpice a quo lapidem expectas: qui te ꝓpť deū facē putat: alioquin vituparet te magis. Ille āt q̄ plena q̄dē volūtate ꝓpter hoīes facit: ille ꝓpter hoīes feciſſe videť. Si āt ꝑ alicuiꝰ cor cogitatio vana aſcēdit deſiderās hoībus apparere: aīa aūt intelligēs ꝯtradicit: ille nō ꝓpter hoīeſ feciſſe videtur: q̄ q̄ō cogitauit paſſio carnis eſt quod eligit iudicium anime.

¶ Cũ ergo facis elemoſynã: noli
tuba canere añ te: ſicũ hypocrite fa
ciũt i ſynagogis ⁊ i uicis ut honori
ficent ab hoib⁹. Amẽ dico uobiſ: re
ceperũt mercedẽ ſuã. Te aũt facien
te elemoſynã: neſciat ſiniſtra tua qd
faciat dextera tua: ut ſit elemoſyna
tua in abſcondito: ⁊ pater tuus qui
uidet in abſcondito reddet tibi.

AVG. de ſer. do. Generaliter ſupra dñs iuſticiã
noiauit cũ dixit: Attẽdite ne iuſticiã vrãm. Nũc au
tẽ p ptes exequitur. CHRY. ſup matth. Ponit ãt
tria fortia bona. i. elemoſynã: orationẽ: ⁊ ieiuniũ: cõ
tra tria mala aduerſus q̃ dñs tẽtatiõis bellũ ſuſce-
pit. pugnauit enim p nobis ↄ̃ gulã in eremo: con-
tra auariciã ſupra montẽ: contra vanã gloriã ſupra
templũ. Eſt g̃ elemoſyna q̃ diſpergit: ↄtra auaritiã
q̃ ↄgregat: ieiuniũ ↄ̃ gulã: qꝛ eſt ei contrariũ: oratio
võ ↄ̃ vanã gloriã: qꝛ cũ oẽ malũ ex malo naſcatur:
ſola vana gloria d̃ bono pcedit: ideo nõ deſtruit p
bonũ: ſed magis nutritur. nullũ g̃ remediũ põt eſſe
ↄtra vanã gloriã niſi oratio ſola. AMBRO. Dis
aũt ſententia diſcipline chriſtiane i mĩa ⁊ pietate ⁊
ideo ab elemoſyna incipit dicẽs: Cũ g̃ facis elemo
ſynam noli tuba canere ante te. GLO. Tuba aũt
ẽ oĩs act⁹ vel ſermo p quẽ opis iactãtia demõſtra-
tur: puta q̃ facit elemoſynã qñ aliquẽ videt pſentẽ:
vel intercedente aliquo aut honeſtiori pſone q̃ põt
retribuere: alias aũt nõ facit. Sed etſi in loco ſecre-
to fecerit: eo pposito vt laudabilis videat: tuba ẽ.
AVG. Sic g̃ qd̃ dicit: Noli tuba canere añ te: ad
hoc reſpicit qd̃ ſupius ait: Attẽdite ne iuſticiã vrã
faciatis co. ho. HIE. Qui aũt tuba canit elemoſy-
nã faciens hypocrita eſt. Et id̃ ſubdit: Sicut hypo-
crite faciũt. ISIDO. Nomẽ hypocrite tractũ eſt a
ſpecie eoꝝ q̃ in ſpectaculis contecta facie incidũt di
ſtinguẽtes vultũ vario colore: vt ad pſone quã ſimi
lant colorẽ pueniãt: mõ in ſpecie viri: mõ in femie:
vt fallãt populũ dũ in ludis agunt. AVG. de ſer.
do. in mõte: Sicut g̃ hypocrite. i. ſimulatores tanq̃
imitatores pſonaꝝ aliaꝝ agũt ptes illi⁹ q̃d non ſũt.
non eñ q̃ agit ptes agamẽnonis: vere ipe eſt: ſed ſi
milat eũ: ſic ⁊ in eccleſijs in oĩ vita hũana q̃ ſe vult
videri qd̃ nõ eſt: hypocrita ẽ. Similat enĩ ſe iuſtum
⁊ nõ exhibet: q̃ totũ fructũ in laude hoĩm ponit.
GLO. Et id̃ ſubdit loco publica cũ dicit: In ſyna-
gogis ⁊ vicis. Et finẽ intẽtũ cũ ſubdit: Ut honorifi-
centur ab hoib⁹. GRE. xxxij. mora. Sciendũ võ ẽ
q̃ ſunt nõnulli: q̃ ⁊ ſanctitatis habitũ tenẽt: ⁊ pfec-
tionis meritũ exequi nõ valẽt: quoſ nequaq̃ credẽ
dum ẽ inter hypocritarũ numeꝝ currere: qꝛ aliud ẽ
ĩfirmitate: aliud callida ſimulatõe peccare. AVG.
de ſer. do. in monte: Tales aũt q̃ ſimulatiõe peccãt:
ab inſpectore cordis deo mercedẽ nõ capiũt: niſi fal
lacie ſuppliciũ. ⁊ id̃ ſubdit: Amẽ dico vobis recepe-
runt mercedẽ ſuã. HIE. Nõ dei mercedẽ: ſꝫ ſuaꝫ.
Laudari enĩ ſũt ab hoib⁹: quoꝝ cauſa exercuere vir
tutes. AVG. de ſer. do. in mõte: Hoc aũt reſpicit
ad illud qd̃ ſupra poſuit: Alioq̃n mercedẽ non ha
bebitis apud patrẽ vrm̃. Sic g̃ nõ quõ illi elemoſy
nam facias: ſꝫ quõ faciẽda ſit iubet ↄueniẽter cũ di
cit: Te aũt faciente ele. neſ. ſini. tua: q̃d fa. dex. tua.
CHRY. i ho. Hoc aũt p ſupabũdantiã dr̃: ac ſi di-
cat: Si poſſibile ẽ teipſũ ignorare: ⁊ ipſas man⁹ la-
tere poſſibile eẽt: ſtudioſiſſimũ ẽ tibi. CHRY. ſup
matth. apli aũt interptant in li. canonũ ſic: Dextera
eſt ppl's chriſtianus: q̃ ẽ ad dexterã chriſti. Siniſtra
aũt ẽ oĩs ppl's q̃ eſt ad ſiniſtrã. Hoc g̃ dicit ne chri-
ſtiano elemoſynã faciẽte q̃ ẽ dextera: infidelis aſpi-
ciat qui ẽ ſiniſtra. AVG. de ſer. do. i mõte: Sꝫ ſm
hoc videbit nulla eẽ culpa velle placere fidelibus:
cũ tñ i quorũlibꝫ hoim laudẽ finẽ boni opis ↄſtitu
ere phibeamur. Ut aũt te imitẽt qb⁹ facta tua pla
cuerũt nõ tñ fidelib⁹: ſed etiã infidelib⁹ exhibẽdũ
eſt. Si aũt vt alij dicũt: ſiniſtrã inimicũ putaueris:
vt neſciat inimic⁹ tuus cũ elemoſynã facis: cur ipſe
dñs inimicis iudeis circũſtantib⁹ miſericorditer ſa-
nauit hoẽs: Deinde quõ cũ ipſo inimico faciemuſ:
vt illud impleam⁹ pceptũ: Si eſurierit inimic⁹ tuus
ciba illum. Tertia opinio ẽ ridẽda eoꝝ q̃ dicũt: ſini
ſtre noĩe vxorẽ ſignificari: vt qñ ĩ re familiari tena-
ciores pecuniaꝝ ſolẽt eẽ femine: lateat eas cũ aliq̃d
viris alienis impẽdũt: ppter domeſticas lites. Nõ
aũt ſolis viris hoc pceptũ datũ ẽ: ſꝫ etiã femis. cui g̃
ſiniſtre iubet femĩa occultare op⁹ miſericordie ſue:
an etiã vir ſiniſtra erit femie: qꝫ ſi q̃ſpiã putat: cũ p-
ceptũ ſit talib⁹ vt ſe inuicẽ bonis morib⁹ lucrifaci-
ant: nõ ſibi debẽt occultare bona opa ſua: nec futu-
ra faciẽda ſũt vt pmereat de⁹. qꝫ ſi occultãdũ ẽ ali
quid q̃diu alterius infirmitas id equo animo non
põt ſuſtinere: q̃uis nõ illicite fiat: non tñ femia p ſi
niſtrã ſignificari facile apparet toti⁹ capituli ſignifi
catione. Et etiã qñ ſiniſtrã vocet: qd̃ eñi in hypocri
tis culpatũ ẽ: qꝫ. ſ. laudes hoĩm q̃rũt: hoc tñ facẽ ve-
taris. quapropter ſiniſtra videt ſignificare delecta-
tionẽ laudis: dextera aũt ſignificat intẽtionẽ implẽ
di pcepta diuina. Cũ ergo ↄſcientie faciendi elemo-
ſynam miſcet ſe appetitio laudis hũane: fit ſiniſtra
ↄſcia dextre. Neſciat ergo ſiniſtra. i. non ſe miſceat
ↄſcientie tue laudis humane appetitio. Dñs aũt nr̃
multo magis phibet ſolã ſiniſtrã in nobis opari:
q̃ꝫ eam miſceri opib⁹ dextre. Quo aũt fine hoc dixe
rit: oñdit cũ ſubdit: Ut ſit elemoſyna vr̃a in abſcõdi
to. i. in ipſa bona ↄſciẽtia: q̃ hũanis oculiſ demõſtra
ri nõ põt: nec verbis aperiri: quãdoquidem multi
multa mẽtiũtur. Sufficit aũt tibi ad promerendũ
pmiũ ipſa cõſcientia: ſi ab eo expectas pmiũ: q̃ ſolũ
ↄſcie inſpector ẽ. Et hoc ẽ qd̃ ſubdit: Et pr̃ tu⁹ q̃ vi.
in abſcon. redder tibi. Multa latina exẽplaria hñt:
Reddet tibi palã. CHRY. ſup matth: Impoſſibi-
le ẽ eñi vt op⁹ bonuꝫ hoĩs in abſcondito dimittat
de⁹: ſꝫ i hoc ſeculo manifeſtat ⁊ illo glorificat: quia
glĩa dei ẽ: ſicut ⁊ diabol⁹ manifeſtat malũ: i q⁹ ma
licie ei⁹ virt⁹ oñdit. Prope aũt publicat de⁹ oẽ bo-
nũ in ſclõ illo: cui⁹ bona nõ ſũt cõia bonis ⁊ malis.
ideo cuicunq̃ illic bene fecerit deus: manifeſtũ eſt
p mercede iuſticie ſue meruit illud. Merces autẽ
iuſticie in hoc ſclõ mãifeſta nõ ẽ: qꝛ h̃ nõ ſolũ boni
ſꝫ etiã mali ſũt diuites. AVG. de ſer. dñi i monte:
Sꝫ i grecꝭ exẽplarib⁹ q̃ ppria ſũt nõ inuenim⁹ Palã.

CHRY. in homel. Si ḡ vis habere inſpectores
eoꝝ q̄ facis. Ecce habes nō ſolū āgelos aut archan
gelos: ſꝫ deū vniuerſoꝝ.
CA.VI.

# Cum oratis non eritis ſicut
hy pocrite qui amant in ſy
nagogis ꝛ in angulis plate
arum ſtantes orare: ut uideantur
ab hominib⁹: amen dico uobis rece
perūt mercedē ſuaꝫ. Tu aūt cū ora
ueris: intra in cubiculū tuū: ꝛ clau
ſo oſtio ora patrē tuū i abſcōdito: ꝛ
pater tuus qui uidet in abſcondito
reddet tibi.

Salomon dicit ante orationē p̄para animā tuā.
CHRY. ſup matth. Qḋ quidē facit q̄ faciens ele
moſynā venit ad orōnē: bona eni opa excitant fidē
cordis: ꝛ dant cōfidentiā anime apud deū orandi.
Ergo elemoſyna p̄patio ē orationis: ꝛ idē dn̄s poſt
elemoſynam cōuenient de oratione nos inſtruit.
AVG. de ſer. dn̄i in mōte: Nō aūt hoc monet nūc
vt oremus ſꝫ quō orem⁹: ſic nec ſupius vt faciam⁹
elemoſynā: ſed quo animo faciam⁹. CHRY. ſup
matth. Eſt aūt oratio quaſi quoddā ſpiritale tribu
tū: qḋ aīa offert deo de viſceribus ſuiſ. Quāto ergo
glorioſior ē tanto cautior ē ſeruāda: ne ,ppter hoīeſ
facta vileſcat. ꝛ iḋ dicit: Cū oratis nō eritis ſicut hy
pocrite. CHRY. in ho. Hypocritas vocat: q̄ deum
ſe fingentes orare hoīes circūſpiciūt. ꝛ ideo ſubdit:
Qui amāt i ſynagogis orare. CHRY. ſup matth.
Puto aūt nō ad locū hoc refert dn̄s: ſed ad ,ppoſi
tū orantis: in cōuentu eni fideliū orare laudabile ē:
ſicut dictū ē: In eccleſiis benedicite deū. Qui ergo
ſic orat vt ab hoībus videaſ: nō deū aſpicit ſꝫ homi
nes. ꝛ iḋ q̄ītū ad ,ppoſitū ſuū i ſynagoga orat. Cui⁹
aūt orātis mens ſolū aſpicit deū: q̄ūuis in ſynagoga
oret: tn̄ apud ſe i ſecreto videſ orare. Seqꝛ. Et i an
gulis plateaꝝ vt videātur abſconſe orare. Et ſic du
pliciſ laudanſ: ꝛ quia orāt: ꝛ q̄a abſconſe orant.
GLO. Vel anguli platearū ſūt: vbi via p trāſuerſū
greſſū duciſ: ꝛ q̄driuiū reddit. CHRY. ſup matth
Eo ḡ ,ppoſito in ꝯuentu vetat orare vt a cōuentu vi
deaſ. vn̄ ſubdiſ: Ut videanſ ab hoībus. Orās ḡ ni
hil nouū faciat qḋ aſpiciāt hoīes: vel clamādo vel
pectus pcuciēdo vel man⁹ extēdendo. AVG. de
ver. do. Nō aūt videri ab hoībus nefas ē: ſꝫ ideo h
agere vt ab hoībus videaris. CHRY. in ho. A va
na eni gloria vbiqꝫ erui bonū ē: maxime aūt in orō
ne. ſi eni in hoc cogitationib⁹ circūferimur: ſi ad orā
dum ingreſſi fuerim⁹: hāc hn̄tes egritudinē: q̄liſ in
telligem⁹ ea q̄ a nobis dicūtur. AVG. de ver. do.
Sic etiā fugiendū eſt hoīm ſciētiā: ſi hoc animo ali
q̄d fiat vt fruct⁹ expecteſ placēdi hoībus. vn̄ ſubdi
tur: Amē dico vobis receperunt mercedē ſuam.
CHRY. ſup matth. Unuſquiſqꝫ eni vbi ſeminat: ibi
metit. Unde q̄ ,ppter hoiem orāt nō ,ppter deum:
ab hoīb⁹ nō a deo laudanſ. CHRY. in ho. Dicit
aūt: Receperūt. qꝛ deus retributionē que ē ab ipſo
tribuere vellet: illi aūt eā que ē ab hoībus vſurpāt.

Quō aūt orādū ſit ſubiūgit dicēs: Tu aūt cū ora. in
tra in cubi. tuū: ꝛ clau. oſtio ora pa. tuū i abſcōdito.
HIERO. Hoc ſimpliciſ intellectū erudit audito
rē vt vanā orādi gloriā fugiat. CHRY. ſup math.
Ut nemo ſit tibi niſi ille q̄ orat: ꝛ illū quē orat. Te
ſtis eni orātē grauat: nō adiuuat. CYPRI. ḋ ora
tione dn̄ica: In abditis etiā locis orare magis ꝯue
nit fidei: vt ſciamus dn̄m vbiqꝫ eē p̄ſentē ꝛ maieſta
tis ſue plenitudine occulta penetrare. Poſſum⁹ eti
am intelligē ꝛ oſtiū dom⁹ os corpis: vt non clamo
ſa voce orem⁹ deū. ſed tacito corde ,ppter tria. Pri
mo qꝛ de⁹ nō voce clamoſa pulſand⁹ eſt: ſꝫ ꝯſcia re
cta placādus: q̄ ē cordis auditor. Secūdo qꝛ ſecre
tas orōnes tuas nō oportet alteꝝ ſcire: niſi te ꝛ deū
Tertio qꝛ clamoſe orās: alterū iuxta te nō pmittis
orare. Cū ſūmo etiā eſt orādū ſilentio: vt ipſos quo
qꝫ inimicos nr̄os: q̄ orātib⁹ nobis maxime inſidiāſ
lateat nr̄e petitiōis intētio. AVG. in ſer. do. i mō
te: Uel p cubicula nr̄a ſūt intelligēda corda nr̄a: de
quib⁹ dr̄: Que dicitis in cordib⁹ vr̄is: ꝛ in cubilib⁹
veſtris ꝯpungimi. Oſtiū ē carnalis ſenſus: foris ſūt
oīa tpalia: q̄ p ſenſū cogitationes nr̄as penetrāt: et
turba vanoꝝ phantaſmatū orātib⁹ obſtrepunt.
CYPRI. de oratione dn̄ica: Que aūt ſegnitia ē alie
nari ꝛ capi ineptis cogitatiōibus ꝛ ,pphanis cū do
minū depcaris: q̄ſi ſit aliud qḋ magis debeas cogi
tare q̄ꝫ cū deo loq̄ris. Quō te audiri a deo poſtulaſ:
cū teipſū nō audias: hoc ē ab hoſte nō cauere: hoc
eſt deuꝫ negligentia orationis offendere. AVG.
de ver. dn̄i: Claudendū ē ḡ oſtiū. i. carnali ſenſui re
ſiſtendū: vt orō ſpiritalis dirigaſ ad patrē: q̄ ſit i in
timis cordis vbi oraſ pater in abſcōdito: vn̄ ſeq̄tur:
Et pater tu⁹ qui videt in abſcondito: reddet tibi.
REMI. Et eſt ſenſus: Sufficiat tibi vt ille ſol⁹ no
uerit tuā orōnē qui oīm corda nouit occulta: quia
ipſe q̄ eſt inſpector erit exauditor. CHRY. in ho.
Non aūt dixit: Gratis dabit. ſꝫ Reddet tibi. Etenim
debitorē ſeipſū tibi conſtituit.

# Orātes aūt nolite multū loqui:
ſicut ethnici faciūt. Putāt eni q̄ in
multiloqo exaudiāſ. Nolite ergo
aſſimilari eis. Scit eni pr̄ vr̄ q̄d op⁹
ſit uobis: anteq̄ꝫ petatis cuꝫ.

AVG. in ſer. do. in monte: Sic hypocritaꝝ ē p̄hēſe
ſpectādos i orōne quoꝝ fruct⁹ ē placē hoīb⁹: ita ē
ethnicoꝝ. i. gentiliū i multiloquio ſe putare exaudi
ri. ꝛ iḋ ſubdiſ: Orātes aūt noli. mul. loq̄. Ex colla.
patrū: Frequēter eni ſed breuiter ē orādū: ne īmo
rantib⁹ nobis inſerere aliq̄d noſtro cordi inſidia
tor poſſit inimicus. AVG. ad probā: Nō tn̄ vt q̄
dā putāt: hoc orare in multiloquio ſi diuti⁹ oretur.
Aliud ē ſmo mult⁹: aliud diuturnuſ affectus. Naꝫ
ꝛ de ipſo dn̄o ſcriptū ē: q̄ pnoctauerit i orādo: ꝛ q̄
,plixius orauerit: vt nobis p̄beret exēplū. Dicuntur
fratres in egypto crebras q̄dē habere orationes: ſꝫ
eas tamē breuiſſimas ꝛ rapti quodāmō iaculatas:
ne illa vigilanter erepta q̄ oranti plurimū ē neċia p
,pductiores moras hebeteſ intentio: ac p h ipi ſatiſ
oſ̄dūt hāc intētionē ſic eē obtūdendam ſi pdurare
non pōt: ita ſi pdurauerit: non cito eſſe rūpendam.

Abſit aũt ab oratione multa locutio: ſed non deſit
multa ꝓcatio ſi feruẽs ꝑſeuerat intẽtio: nã multum
loqui ẽ in orãdo rem neceſſariã ſuꝑfluis agere ver
bis. Multũ aũt ꝓcari ẽ eũ quem ꝓcamur diuturna
cordis excitatione pulſare: nã plerũqꝫ hoc negociũ
plus gemitibus q̃ꝫ ſermonibus agiť: plus fletu q̃ꝫ
affatu. CHRY. in ho. Diſſuadet igiť ꝑ hoc inaneꝫ
locutionẽ in orando: puta cũ non petimꝰ decentia
a deo: potẽtatꝰ ⁊ glorias: inimicos ſuꝑare: ⁊ pecuni
arũ abundãtiã. Jubet ĝ hic non longas orationes
facere. Longas aũt dico non tpe: ſꝫ multitudine eo
rum q̃ dicuntur: ꝑmanere tñ oportet eos q̃ petunt.
Orationi enĩ aıt aplus inſtantes. non tñ iubet de
cem miliũ verſuũ orõnẽ cõponere ⁊ cordetenꝰ enũ
ciare qḋ occulte inſinuat: cũ dixit: Nolite multum
loqui. GLO. Dãnat aũt multiloquiũ orõnis ve
niens de infidelitate. vñ ſeq̃tur: Sicut ethnici faciũt
Gentilibꝰ enĩ erat neceſſaria ṽboꝝ multiplicitas. ꝓ
pter demones q̃ neſcirẽt q̃d illi peterẽt: niſi illoꝝ ṽ
bis inſtructi. vñ ſeq̃tur: Putãt enĩ q꞉ in multiloq̃o
ſuo exaudiãť. AVG. de ſer. dñi in mõte: Et reuera
omne multiloquiu a gẽtilibꝰ venit: q̃ exercẽde lin
gue potius q̃ꝫ mũdando aĩo dant operã: ⁊ hoc ſtu
dij genꝰ etiã ad deũ ꝓce flectẽdũ trãſferre conanť.
GRE. xxxiij. mora. Sed veraciter orare ẽ amaros
in cõpũctione gemitus ⁊ non cõpoſita ṽba reſona
re. Et iõ ſubdiť: Nolite ergo aſſimilare eiſ. AVG
de ſer. dñi in mõte: Si enĩ verba multa ad id ꝓferũ
tur vt inſtruať ignarꝰ: q̃d eis opꝰ ẽ ad reꝝ oĩm cõdi
torẽ. vñ ſeq̃ť: Scit enĩ pr̃ veſter q̃d opꝰ ſit vobis an
teq̃ꝫ petatis eũ. HIE. Cõſurgit aũt in hoc loco q̃
dã hereſis pħoꝝ quorũdã dogma ꝑuerſũ dicẽtiuꝫ:
Si nouit deꝰ q̃d oremus: ⁊ anteq̃ꝫ petamꝰ ſcit quo
indigeamꝰ fruſtra ſciẽti loq̃mur. Quibꝰ rñdẽdũ eſt
nõ narratores eẽ: ſed rogatores. Aliud ẽ enĩ narra
re ignorãti: aliud petere ſciẽti. CHRY. in ho. Nõ
ĝ oras vt doceas: ſed flectas vt familiaris efficiaris
cõtinuitate interpellatiõis: vt humilieris vt rememo
reris pctõꝝ tuoꝝ. AVG. de ſer. do. in mõte: Nec
etiã verbis nos agẽ debemꝰ apud deũ ⁊ vt impetre
mus qḋ volumꝰ: ſꝫ rebꝰ quas nõ animo gerimꝰ: et
intentiõe cogitatiõis cũ dilectõe pura ⁊ ſupplici af
fectu. AVG. ad probã: Sed iõ ꝑ certa interualla
tẽpoꝝ etiã verbis rogamꝰ deum: vt illis reꝝ ſignis
noſipſos ammoneamuſ: q̃ntumqꝫ in hoc deſiderio
ꝓfecerimꝰ: nobiſipſis innoteſcamꝰ: ⁊ ad hoc augen
dũ noſipſos acrius excitemus ne varijs curis qḋ te
peſcere cepat: oĩno frigeſcat ⁊ penitꝰ extinguať: niſi
crebrꝰ inflãmetur. Nobis ĝ neceſſaria ſũt ṽba: qui
bus cõmoueamur: ⁊ inſpiciamꝰ q̃d petamꝰ: nõ qui
bus dñm ſeu docendũ ſeu flectẽdũ eſſe credamus.
AVG. de ſer. do. in monte: Sed rurſus q̃ri põt ſi
ue rebꝰ ſiue verbis orãdũ ſit: q̃d opus ſit ipſa orõne
ſi deus iã nouit qḋ nobis neceſſariuꝫ ſit: niſi q꞉ ipſa
oratiõis intẽtio coꝛ noſtꝝ ſerenat ⁊ purgat: capaci
uſqꝫ efficit ad excipienda diuina munera: q̃ ſpũaliť
nobis infundũtur. Nõ. n. ambitione ꝓcũ nos exau
dit deus q̃ ſemp paratꝰ ẽ dare ſuã lucẽ: ſed nos nõ
ſemꝑ parati ſumꝰ accipe cũ inclinamur in aliã. Fit
ĝ in orõne cõuerſio cordis ad deũ: ⁊ purgatio interi
oris oculi cũ ea q̃ cupiebanť: tꝑaliter excludunť: vt
acies cordis ſimplicis ferre poſſit ſimplicẽ lucẽ: ⁊ i
ea manere tñ gaudio quo btã vita ꝑficitur.

## Sic ergo uos orabitis: Pať no ſter qui es in celis:

GLO. Inter ſalutaria monita ⁊ diuina q̃bus cõ
ſulit credẽtibꝰ formã orãdi ꝓpoſuit: ⁊ orones cõ
poſuit breuibus verbis: vt ſit fiducia cito annuẽdi:
qḋ breuiter vult rogari. vñ dicit: Pater nr̃ q̃ es ĩ ce
lis. CYPRI. de orõne dñica: Qui fecit viuẽ: docu
it ⁊ orare: vt dũ orõne quã filiꝰ docuit apud patrem
loquimur: facilius audiamur. Amica ⁊ familiaris
oratio ẽ dñm de ſuo rogare: agnoſcat pater filij ſui
ṽba cũ ꝓcẽ facimus: ⁊ cũ ipſũ habeamꝰ aduocatum
apud patrẽ ꝓ pctis nr̃is: qñ pctõres ꝓ delictis nr̃is
petimus: aduocati nr̃i ṽba promamꝰ. GLO. Nõ
tñ his ſolis ṽbis oratur: ſed ⁊ alijs ſub eodem ſenſu
cõceptis q̃bꝰ coꝛ nr̃m accendiť. AVG. de ſer. dñi ĩ
monte: Cũ aũt in omni deꝓcatione beniuolẽtia cõ
cilianda ſit eiꝰ quẽ deꝓcamur: deinde dũ q̃d deꝓce
mur ꝑ laudẽ illiꝰ ad quẽ oratio dirigiť: ſolet beni
uolentia conciliari: ⁊ hoc in orationis ꝑncipio poni
ſolet. In quo dñs nr̃ nihil aliud nos dicẽ iuſſit niſi
Pr̃ nr̃ q̃ es in celis. Multa quidẽ dicta ſũt in lau
dem dei: nuſq̃ꝫ tñ iueniť ꝓceptũ pplo iſrľ vt dicerẽt
Pater noſter: ſed ẽ eis inſinuatꝰ vt dñs tanq̃ꝫ ſuis.
ſed de pplo xp̃iano aplus dicit: q꞉ ſpm̃ adoptionis
accepit: in quo clamamꝰ: Abba pater. qḋ nõ ẽ meri
toꝝ noſtroꝝ: ſꝫ grẽ quã ĩ orõne ponimꝰ: cũ dicimꝰ:
Pať: quo noĩe ⁊ charitas excitať. Quid enĩ charꝰ
debet eẽ filijs q̃ꝫ pr̃: ⁊ ſupplex affectꝰ cũ hoĩes di
cũt deo: Pater nr̃. ⁊ quedã impetrãdi ꝑſuppoſitio.
Quid iã nõ det filijs petẽtibꝰ: cũ hoc ipſũ añ dederit
vt filij eẽnt. Poſtremo q̃nta cura animũ tãgit vt q̃
dicit: Pr̃ nr̃. tãto pr̃e nõ ſit indignꝰ. Admoneť etiã
hinc diuites: vel genẽ nobiles cũ facti fuerint chri
ſtiani: nõ ſuꝑbire aduerſus paupes vel ignobiles:
qñ ſimul dicũt deo: Pr̃ nr̃: qḋ non pñt pie ac vere
dicẽ niſi ſe frẽs eẽ cogſcãt. CHRY. in ho. Qḋ eniꝫ
nocumẽtũ ẽ ex inferiori cognatiõe: cũ ſm ſuperioꝛeꝫ
oẽs ſimus copulati: q̃ etiã patrẽ dixit ⁊ pctõꝝ remiſ
ſionẽ ⁊ adoptionẽ ⁊ hereditatẽ ⁊ fraternitatẽ q̃ eſt
ad vnigenitũ: ⁊ ſpũs largitionẽ ꝑ vnã hãc cõfeſſus ẽ
nũcupationẽ. Nõ. n. poſſibile ẽ euocare deũ patreꝫ
niſi eũ qui ẽ oĩbus iſtis bonis potitus. Dupliciť igi
tur oratũ erigit ſenſũ ⁊ dignitate eiꝰ q̃ inuocatur: ⁊
magnitudine beneficioꝝ quibus orans potitus ẽ.
CYPRI. de oratiõe dñica: Nõ aũt dicimus Pať
meus: ſed Pr̃ nr̃: q꞉ pacis ⁊ vnitatis magiſter nolu
it ſigillatim ⁊ ꝑuatim ꝓcẽ fieri: vt quis cum precať:
pro ſe tñ ꝓcetur. Publica enĩ ẽ nobis ⁊ cõis oratio
⁊ qñ oramus: nõ ꝓ vno tñ: ſed ꝓ populo toto ora
mus: q꞉ totus ppľs vnũ ſumus. Sic enĩ vnũ orare
ꝓ omnibus voluit: quõ in vno oẽs ipſe portauit.
CHRY. ſuꝑ matth. Pro ſe. n. orare neceſſitas cõ
git. pro altero autẽ charitas fraternitatis hortatur.
Dulcioꝛ aũt eſt ante deũ oratio: nõ quã neceſſitas
tranſmittit: ſꝫ quã charitas fraternitatis cõmendat.
GLO. Dr̃ etiã Pr̃ nr̃: qḋ cõe ẽ oĩbus: nõ pr̃ meꝰ
qḋ ſoli xp̃o cõuenit: q̃ ẽ filiꝰ ꝑ naturã. CHRY. ſu
per mtthеum: Addit autem: Qui es in celis. vt ſcia
mus nos habere patrem celeſtem: et erubeſcant
ſe terrenis rebus ſubſternere qui patrẽ hñt in celis.

Ex colla. patrū: Et vt ad illā regionē in qua patrē noſtꝝ cōmorari fatemur: ſūmo deſiderio ꝓperemꝰ. CHRY. in ho. In celis ḡ cū dicit: non illic deū cō cludens hoc ait: ſed a terra abducēs orantē: ⁊ excel ſis regionibꝰ affigens. AVG. de ver. dñi in mōte: Uel dr̄ eē in celis. i. in ſanctis ⁊ iuſtis: nō enī ſpacio locoꝝ ɔtineť deus. Sūt quidē celi excellētia mūdi corpa ⁊ ſi ī eis locꝰ dei eſſe credať: melioris meriti ſūt aīes quaꝝ vita ē deo vicinior. Nō aūt ē ſcriptū: Prope ē dñs excelſis hoībꝰ: aut eis q̄ ī montibus habitāt: ſed ɔtritis corde. Sed ſicut terra appellatꝰ eſt pctōr: cui dictū ē: Terra es: ⁊ ī terrā ibis. ſic celū iuſtus ecōtrario dici pōt. Recte ḡ dr̄: Qui es ī celis. tantū ẓ enī ſpiritaliter intereſſe videť inter iuſtos ⁊ pctōreſ: quātū corpaliter inter celū ⁊ terrā: Cuiꝰ rei ſignificande grā orātes ad oriētē ɔuertimur vnde celū ſurgit: nō tanq̄ꝫ deus ibi ſit ceteras mūdi deſe-rens ptes: ſed vt admoneať animꝰ ad naturā excel-lentiorē ſe ɔuertē. i. ad deū: cū corpꝰ eiꝰ qδ terrenū eſt: ad corpus excellētius. i. ad corpꝰ celeſte ɔuertiť. Cōuenit etiā vt oīm ſenſibꝰ ⁊ paruuloꝝ ⁊ magnoꝝ bene ſentiať de deo. ⁊ iō q̄ nondū pñt aliq̄d corpo-reū cogitare: tolerabilior eſt illoꝝ opinio ſi deuẓ in celo potius eſſe credant q̄ꝫ in terra.

## Sanctiſicetur nomen tuum.

AVG. Dictū eſt quis ſit q̄ petiť: ⁊ vbi habitet. Iā videamꝰ q̄ ſint petēda. Primū āt omniū q̄ petitur. hoc ē: Sctificeť nomē tuū. qδ nō ſic petiť: q̄ſi nō ſit ſanctū dei nomē: ſed vt ſanctū habeať ab hoībus. i. ita innoteſcat deus vt nō eſtimeť aliquid ſanctiꝰ. CHRY. in ho. Uel rogare iubet orātē ꝑ nr̄am glfi cari vitā: ac ſi dicat: Ita fac nos viuere: vt ꝑ nos vni uerſa te glorificēt: ſanctificeť. n. idē ē qδ glorificeť Digna ē aūt deū depcātis oratio nihil petē ante pa tris gloriā: ſꝫ oīa eiꝰ laudi poſtponere. CYPRI. Uel aliter: Non optamꝰ deo vt ſanctificeť orōnibꝰ nr̄is: ſed vt nomē eiꝰ ſctificeť in nobis Quia enī ipe dixit: Sancti eſtote: q2 ego ſanctꝰ ſū: id petimꝰ ⁊ ro gamus: vt q̄ in baptiſmo ſanctificati ſumꝰ: in eo qδ eē ceperimus pſeueremus. AVG. de pſeuerātia Cur aūt pſeuerātia iſta poſciť a deo ſi vt pelagiani dicūt: nō datur a deo. An ⁊ iſta irriſoria petitio ē: cū id ab eo petiť: qδ ſcitur nō ipſū dare: ſꝫ ipſū nō dan te eē in hoīs ptāte. CYPRI. Et hoc etiā vt ſctifice-mur: quotidie depcamur. Opus enī ē nobis ɔtinua ſanctificatione: vt q̄ quotidie delinquimus: delicta noſtra ſctificatione aſſidua purgemus.

## Adueniat regnum tuum.

crimie ſũt. Uide aũt qͣta poſuit: Locũ vbi dicit: In
te͂plo. Te͂pus cũ dicit: Sabbatis. Legis remiſſioneꝫ
cũ dicit: Uiolãt ⁊ nõ ſolũ ſoluũt. Et ꝙ nõ liberant᷑
a pena: ſed a culpa liberati ſũt. vñ dicit: Sine crimie
ſũt. Neqꝫ aũt hoc ſecũdũ ſile eſt ꝑori qđ dixerat de
dauid. Illđ eni͂ ⁊ ſemel ſcm̃ e͂: ⁊ a dauid nõ ſacerdo
te: ⁊ neceſſitas fuit. Hoc aũt ſecũdũ ſingulo ſabbato
⁊ a ſacerdotib⁹ ⁊ ſꝫ lege͂. Et iđ nõ ſꝫ veniã vt ĩ ꝑmo
exe͂plo: ſꝫ ſꝫ lege͂ ſũt diſcipuli ab accuſatõe liberati.
Sꝫ nũqͥd diſcipuli ſũt ſacerdotes: imo ſũt ſacerdoti
bus maiores. ipſe eni͂ aderat q̇ te͂pli e͂ dñs: q̇ veritas
e͂ ⁊ nõ typ⁹. ⁊ iđ ſubdit᷑: Dico aũt vobis qꝛ te͂plo ma
ior e͂ h̃. HIERO. Hic nõ ꝓnome͂: ſed aduerbiũ lo
ci lege͂dũ e͂: ꝙ maior te͂plo ſit loc⁹ q̇ dñm te͂pli tene
at. AVG. de que. euã. Notãdũ aũt vnũ exe͂plũ da
tũ e͂e regie ꝑtãtis de dauid: alterum ſacerdotalis de
his q̇ ꝓpter miniſteriũ te͂pli ſabbata violãt: vt m̃lto
minus ad ipſm eualſaꝝ ſabbato ſpicarũ crimen per
tineat: qui verus rex ⁊ verus ſacerdoſ eſt. Deinde qꝛ
graue audie͂tib⁹ videbant᷑ e͂e qđ dixerãt: rurſus cõ
uocat ad miſericordiã ſmone͂ cũ quadã vehemen
tia induce͂s: cũ dicit: Si aũt ſciretis qđ e͂: Miſericor
diam volo ⁊ nõ ſacrificium: nũqꝫ cõde͂naſſetis inno
centes. HIERO. Quid aũt e͂: Miſericordiam vo
lo ⁊ nõ ſacrificiũ: ſupra dixim⁹. Qđ ãt dic: Nũqꝫ
cõde͂naſſetis innoce͂tes: de apoſtolis ĩtellige͂dũ eſt.

Et eſt ſenſus: Si miſericordiã comprobaſtis achi-
melech q̃ periclitantẽ fame dauid refocillauit: q̃re
meos diſcipulos condemnatis? CHRY. Vide ãt
rurſus qualiter ad veniã ducẽs ſmonẽ diſcipulos
rurſus venia ſupiores oñdit: in hoc q̃ dicit eos ĩno
centes: qḋ quidẽ ſupra ⁊ de ſacerdotib⁹ dixerat. De
inde ⁊ aliã cãm dicit quare ſũt innocentes dicens:
Dñs enim ẽ fili⁹ hoĩs etiã ſabbati. REMI. Filiũ
aũt hoĩs ſeipſũ appellat. Et eſt ſenſus: Ille quẽ vos
puꝝ hoĩem putatis: de⁹ ẽ oĩm creaturarũ dñs ⁊ eti
am ſabbati. ⁊ ideo põt legẽ mutare ꝓ ſua volũtate:
q̃ fecit eam. AVG. contra fauſtũ: Diſcipulos aũt
ſuos vellere ſpicas ſabbato nõ ꝓhibuit: vt inde cõ-
uinceret ⁊ pñtes iudeos ⁊ futuros manicheos qui
herbã nõ euellũt: ne homicidiũ ꝑpetrẽt. HYLA.
Myſtice aũt in ꝓncipio ẽ contuẽdũ ſermonẽ hunc
ita ceptũ eẽ: In illo tp̃e quo. ſ. deo patri gratiã data
gẽtib⁹ ſalute cõfeſſus ẽ. Ager autẽ mũd⁹ eſt. ſabba-
tũ otiũ ẽ. ſeges credituroꝝ ꝑfect⁹ in legis otio. Dñi
ꝓgreſſus in hunc mũdũ ẽ eſuries. eſuries fames eſt
ſcilꝫ ſalutis hũane. RABA. Spicas vellunt dum
ſingulos hoĩes a terrena intẽtione retrahũt. Fricãt
dũ a cõcupiſcẽtia carnis mẽtes exuũt. Grana come
dunt: dũ emẽdatos ĩ corp⁹ eccl̃ie traijciũt. AVG.
de que. euã. Nullus aũt trãſit ĩ corp⁹ chriſti niſi car
nalibus ſpoliat⁹ fuerit indumentis: ſm̃ illud ap̃li:
Exuite vos veterem hoĩem. ſabbato hoc agũt. ſ. ſpe
quietis eterne ad quã alios inuitãt. RABA. Itẽ
ambulãt ꝑ ſata cũ dño qui in ſcripturarũ meditati-
one delectant̃. Eſuriũt: dũ panẽ vite. i. dei amorẽ in
eis euenire deſiderãt. Vellũt ſpicas ⁊ terũt: dũ teſti
monia diſcutiũt donec inueniãt qḋ latebat in litte-
ra: ⁊ hoc ſabbato dũ a turpis cogitationib⁹ vacant.
HYLA. Phariſei q̃ penes ſe clauẽ celoꝝ eẽ exiſti
mabãt: illicita agere diſcipulos arguunt: quos dñs
factoꝝ in quib⁹ ſua rerũ argumento ꝓphetie rõ cõ-
tinetur admonuit: atq̃ꝫ vt oñderet oĩm reꝝ efficien
tiũ ſpeciẽ futuri opis ↄtinere adiecit: Si aũt ſciretis
q̃d eſt: Miſericordiã volo. opus enĩ ſalutis noſtre
non in ſacrificio legis ſed in miſericordia eſt: ⁊ lege
ceſſante ⁊ dei bonitate ſaluamur. Cui⁹ rei donũ ſi
intellexiſſent: nũq̃ꝫ cõdemnaſſent innocẽtes. i. apo-
ſtolos ſuos quos inſimulaturi erant tranſgreſſe le-
gis inuidia cũ ſacrificioꝝ vetuſtate ceſſante: vniuer-
ſis ꝑ eos miſericordie nouitas ſubueniret.

Et cũ inde trãſiſſet: uẽit ĩ ſynago
gã eoꝝ. Et ecce hõ manũ habẽs ari
dã: ⁊ interrogabãt eũ dicentes: Si
licet ſabbatis curare ut accuſarent
eũ. Ipſe aũt dixit illiſ: Quis erit ex
uobiſ hõ q habeat ouem unã: etſi ce
ciderit hec ſabbatis ĩ foueã: nõne te
nebit ⁊ leuabit eã? quãtomagis me
lior eſt hõ oue? Itaq̃ꝫ licet ſabbatis
bñfacere. Tũc ait hoĩ: Extende ma
nũ tuam. Et extendit: ⁊ reſtituta ẽ
ſanitati ſicut alia.

HIE. Quia deſtructionẽ ſabbati qua diſcipulos
arguebant: ꝓbabili exemplo excuſauerat. ipſũ calũ
niari volũt. vñ dicit̃: Et cũ inde tranſiſſet venit in ſy
nagogã eoꝝ. HYLA. Hec enĩ q̃ ꝓmiſſa ſũt in cam
po dicta geſtaq̃ꝫ ſunt: ⁊ poſt hec ſynagogã ingredi-
tur. AVG. de con. euã. Poſſet aũt putari eodem
die factũ ⁊ de ſpicis ⁊ de iſto ſanato: qm̃ ⁊ ſabbatũ
hic ↄmemorat̃: niſi lucas aperuiſſet alio ſabbato fa
ctũ fuiſſe. Proinde qḋ dicit mattheus: Et cum inde
tranſiſſet venit in ſynagogã eoꝝ. Nõ quidem venit
niſi cũ inde tranſiſſet: ſed poſt quot dies in ſynago-
gam eoꝝ venerit poſtea q̃ꝫ a ſegete illa trãſijt: an re
cta continuoq̃ꝫ illuc ierit: nõ expſſũ ẽ: ac ꝑ hoc loc⁹
dat̃ narratiõi luce: q̃ dicit alio ſabbato hmõi manũ
fuiſſe ſanatã. HYLA. Ingreſſo aũt ſynagogã ho-
minẽ aride man⁹ offerũt: introgãtes an curare ſab-
batis liceret: occaſionẽ arguendi eũ ex rñſiõe q̃ren-
tes. vñ ſeq̃t̃: Et ecce hõ ma. ha. ari. ⁊ int̃. euꝫ dicẽtes:
Si licet ſabbato curare? CHRY. Nõ ãt introgãt
vt addiſcãt: ſꝫ vt accuſent eũ. vñ ſeq̃t̃: Vt accuſarent
eũ. q̃ꝫuis ⁊ ipſũ op⁹ ſufficeret ſi accuſare volebãt: ſꝫ ⁊ ꝑ
v̄ba volebãt captiõꝫ ĩuenire maiorẽ copiã argutio-
nũ ſibi ꝑpantes. HIE. Et interrogãt vtꝝ licet cura
re ſabbatis: vt ſi nõ curauerit: crudelitatis aut imbe
cillitatis: ſi curauerit trãſgreſſionis vitio eũ accuſẽt.
AVG. Sed põt mouẽ quõ matthe⁹ dixerit q̃ ipſi
introgauerit dñm ſi licet ſabbato curare? cũ marc⁹
⁊ lucas illos poti⁹ a dño introgatos eẽ ꝓhibeãt: Li
cet ſabbato bñfacẽ: an male? Itaq̃ꝫ intelligẽdũ eſt
q̃ illi ꝑus interrogauerũt dñm: Si licet ſabbato cu
rare: deinde intelligẽs cogitatiões eoꝝ aditũ accu-
ſandi querẽtiũ ↄſtituit ĩ medio illũ quẽ erat ſanatu
rus: ⁊ introgauit q̃ marc⁹ ⁊ lucas eũ introgaſſe cõ-
memorant. ⁊ tũc illis tacẽtib⁹ ꝓpoſuit ſilitudinẽ de
oue: ⁊ ↄcluſit q̃ licet ſabbato bñfacẽ. vñ ſeq̃t̃: Ipſe
ãt dixit ill̃: Quis erit ex vo. hõ q̃ ha. ouẽ vnã. HIE.
Vbi ſic ſoluit ꝓpoſitã q̃õnẽ vt introgãtes auaritie
ↄdẽnaret. Si vos inq̃t in ſabbato ouẽ: ⁊ aliud q̃õli
bet aĩal in foueã decidẽs eripe feſtinatis: nõ aĩali: ſꝫ
v̄re auaritie ↄſulẽtes: q̃ñtomagis ego hoĩem q̃ mul
to melior ẽ oue: debeo liberare? RABA. Cõpetẽ
ti ḡ exẽplo ſoluit q̃õnẽ eoꝝ vt eos oñdat ſabbatum
violare ĩ ope cupiditatis: q̃ eũ violare arguũt in ope
charitatis: legẽ male ĩterp̃tãtes q̃ dicũt ĩ ſabbato a
bonis feriãdũ: in q⁰ a mal̃ tm̃ feriãdũ ẽ. Vñ op⁹ ſer
uile nõ facieti ĩ eis. h̃ ẽ pctm̃: ſic in eterna req̃e a ma
lis tm̃ feriabit̃: nõ a bonis. AVG. Propoſita aũt
ſilitudine d̃ oue ↄcludit q̃ liceat ſabbato bñfacẽ di
cẽs: Itaq̃ꝫ li. ſab. bñfacẽ. CHRY. Intẽde aũt q̃lit̃
vane excuſatiões de ſolutõe ſabbati inducit: ſꝫ q̃ iã
inſanabiliter egrotabat ad op⁹ ꝓceſſit. vñ ſeq̃t̃: Tũc
ait hoĩ: Extẽ. ma. tuã ⁊ extẽ. ⁊ reſti. ẽ ſani. ſic alia.
HIE. In euãgelio quo vtũt̃ nazarei ⁊ ebionite: qḋ
vocat̃ apoſtoliq̃ꝫ matthei auctenticũ. Hõ iſte q̃ ari
dam hꝫ manũ: cemẽtari⁹ ſcribit̃ iſtiuſmodi vocib⁹
auxilium precans: Cementarius erã: manib⁹ victuꝫ
queritans: p̄cor te ieſu vt mihi reſtituas ſanitatẽ: ne
turpiter mendicẽ cibos. RABA. Sabbatis auteꝫ
p̄cipue docet ⁊ operat̃ ieſus nõ ſolũ ꝓpter ſpiritale
ſabbatum: ſed etiam ꝓpter celebriorẽ ppl̃i cõuẽtuꝫ
querẽs ſalutẽ oĩm. HYLA. Myſtice aũt p⁹ redi-
tum de ſegete ex qua iam apoſtoli fructus ſationis

acceperãt:ad ſynagogã venit iã illis meſſis ſue opꝰ
paraturꝰ:qꝛ plures poſtmodũ vna cũ aplis extite
rũt q̃ curabant. HIE. Uſqꝫ aũt ad aduẽtũ dñi ſal
uatoris arida manꝰ in ſynagoga iudeoꝝ fuit:⁊ dei
opa nõ fiebãt in ea. Poſtq̃ꝫ aũt ille venit in terras:
reddita ẽ in aplis credẽtibuſ dextera ⁊ operi pſtino
reſtituta. HYLA. Curatio aũt oĩs ĩ verbo ẽ ⁊ ma
nus ſicut altera reddit.i.ſimilis miniſterio aplorꝫ
in officiũ date ſalutis efficit:docetqꝫ phariſeoſ egre
ferre nõ oportẽ opationẽ hũane ſalutis in aplis: cũ
ipſis ad officij eiuſdẽ miniſteriũ manꝰ ſit reformã
da ſi credant. RABA. Uel aliter: Homo q̃ hẽbat
manũ aridã hũanũ genꝰ indicat ſterilitate boni ope
ris arefactũ ꝑ manũ ad pomũ extenſam: quã ſana
uit manꝰ innocens ĩ cruce extẽſam.⁊ bene manꝰ in
ſynagoga erat arida:qꝛ vbi maiꝰ donũ ſcientie: ibi
grauiꝰ ẽ inexcuſabilis noxe piculũ. Sanãda aũt ma
nus arida iubet extẽdi:qꝛ infructuoſe debilitas aĩe
nullo meliꝰ ordine q̃ꝫ elemoſynaꝝ largitate curat.
Habebat aũt hõ dexterã manũ languidã:qꝛ ab ele
moſynis torpebat:ſiniſtrã ſanã quia ſue vtilitati in
tendebat. Sꝫ veniẽte dño dextra ſanat vt ſiniſtra:
qꝛ qȯ ꝯgregauerat auide:mõ diſtribuit charitatiue

Exeũtes aũt phariſei ꝯſiliũ facie
bant aduerſuſ eũ:quõ ꝑderẽt eum.
Jeſus autẽ ſciens ſeceſſit inde:⁊ ſe
cuti ſũt eũ multi:⁊ curauit eos oẽſ.
Et pcepit eis:ne manifeſtũ eũ face
rẽt:ut adimpleret qȯ dictũ ẽ ꝑ iſaiã
ꝓphetã dicẽtẽ: Ecce puer meꝰ quẽ
ego elegi: dilectꝰ meꝰ in quo bñ cõ
placuit aie mee: ponã ſpm̃ meũ ſuꝑ
eũ:⁊ iudiciũ gẽtibꝰ nũciabit. Non
cõtendet neqꝫ clamabit: neqꝫ audi
et aliqs in plateis uocẽ eiꝰ. Parun
dinẽ quaſſatã nõ ꝯfriget ⁊ lignũ fu
migãs nõ extinguet: donec eijciat
ad uictoriam iudicium ⁊ in nomine
eius gentes ſperabunt.

HYLA. Inuidia facti phariſeos cõmouet: qꝛ con
tuentes hoiem ĩ corpe:deũ ĩ opibꝰ nõ intelligebãt.
vñ dr: Exeũtes aũt pha.ꝯſi.fa.aduer.eũ:quõ eũ ꝑde
rent. RABA. Exeuntes dicit: qꝛ eoꝝ mens a dño
auerſa fuit.ꝯſiliũ fecerũt quõ vitã ꝑderẽt: non quõ
ipſi vitã inuenirent. HYLA. Sciẽſqꝫ eoꝝ ꝯſilia ſe
ceſſit:vt a ꝯſilijs malignantiũ ꝓcul abeſſet.vñ ſeq̄:
Jeſus aũt ſciẽs:ſeceſſit inde. HIE. Sciens inquaꝫ
eoꝝ inſidias receſſit:vt phariſeis ꝯ ſe occaſionẽ im
pietatiſ auferret. REMI. Siue ſeceſſit inde q̃ſi hõ
fugiens inſidias ſuoꝝ ꝑſequentiũ:ſiue qꝛ nõ erat te
pus neqꝫ locꝰ patiendi.non eñ capit perire ꝓphetã
extra hierlm:ſic ipſe dicit. Declinauit etiã dñs odio
ſe ꝑſequẽtes:⁊ ꝑuenit illuc vbi inuenit plurimos ſe
ꝑ amorẽ diligẽteſ.vñ ſeq̄: Et ſecuti ſũt eũ mlti. Quẽ
phariſei vnanimi ꝯſilio ꝑdẽ q̃rũt:turba idocta vna
nimi dilectiõe ſeq̄.vñ moꝝ ſui deſiderij ꝯſequunt
effectuꝫ. Nã ſequit: Et curauit eos oẽs. HYLA.
His aũt quos curauit:ſilentiũ imperauit.vñ ſeq̄:
Et pcepit eis ne manifeſtũ eũ facerent: nã ſalꝰ vni
cuiqꝫ reddita erat ſibiipſi teſtis. Sꝫ iubẽdo ſilentiũ
teneri:⁊ gloriãdi de ſe iactãtiã declinat:⁊ nihilomi
nus cognitiõꝫ ſui pſtat:in eoipſo cũ admonet de ſe
taceri:qꝛ obſeruatio ſilentij ex re q̃ ſit ſilẽda ꝓſici
tur. RABA. In hoc etiã nos inſtruit:ne cũ aliqđ
magni fecerimꝰ:laudẽ foris q̃ramus. REMI. Jõ
etiã pcipit vt nõ manifeſtarẽt eũ: ne ꝑſequẽtes ipſũ
deteriores fierẽt. CHRY. Deinde vt nõ turbeꝛis i
his q̃ fiũt in inſania opinabili phariſeorũ:inducit ꝓ
phetã hoc pdicentẽ.tanta erat eñ ꝓphetaꝝ diligẽ
tia:vt neqꝫ hoc derelinquãt:ſꝫ ⁊ vias eiꝰ ⁊ tranſitus
ꝓphetizarẽt ⁊ intẽtionẽ cũ qua hoc faciebat vt di
ſcas qm̃ oĩa a ſpũſcõ loq̄bant.ſi eñ cogitatiões ho
minũ impoſſibile eſt ſcire:multomagis chriſti intẽ
tionẽ niſi ſpũſcũs reuelaret. Seq̄ ḡ: Ut impleret
qȯ dictũ ẽ ꝑ iſaiã ꝓphetã dicẽtẽ: Ecce puer meꝰ quẽ
elegi. REMI. Dñs quidẽ ieſus chriſtꝰ puer oipo
tẽtis dei dicꝰ ẽ:non ſm diuinitatẽ: ſꝫ ſm aſſumpte
carnis diſpẽſationẽ:qꝛ coopante ſpũſcõ carnẽ ſuſce
pit ex v̇gine abſqꝫ macula pcti. Quidã libri hñt: Ele
ctꝰ quẽ elegi.Electꝰ eñ fuit a deo patre.i.pdeſtina
tus:vt eẽt filiꝰ dei ꝓpꝛiꝰ nõ adoptiuus. RABA.
Quẽ elegi dicit ad opus qȯ nemo aliꝰ fecit:vt redi
meret genꝰ humanũ:⁊ pacificaret mundũ cũ deo.
Seq̄: Dilectꝰ meꝰ in quo bñ cõplacuit aie mee.qa
ipſe ſolꝰ eſt agnꝰ ſine macula pcti de quo pr̃ dicit:
Hic eſt filiꝰ meꝰ dilectꝰ in quo mihi bñ cõplacui.
REMI. Qȯ aũt dicit: Aie mee. nõ ita intelligẽdũ ẽ
ꝙ deus pr̃ aiam habeat:ſed tranſlatiue aĩa in deũ
aſcribit:vt ꝑ eã demonſtraretur dei affectus. Nec
miꝝ ſi aĩa trãſlatiue in deo dicit:cũ etiã cetera cor
poris mẽbra ei aſcribant. CHRY. Hoc aũt in pn
cipio ꝓpheta ponit vt diſcas: qꝛ hoc qȯ hic dicit:
fuit ſm ꝯſiliũ patris.dilectꝰ eñ ſm ꝯſiliũ eiꝰ q̃ dili
git facit. Sed iterũ electꝰ nõ vt aduerſariꝰ ſoluit le
gẽ:neqꝫ vt inimicus exiſtens legiſlatori:ſed ei ꝯcor
dans qꝛ ḡ dilectꝰ eſt: ponã ſpm̃ meum ſuper eum.
REMI. Tũc etiã deus pr̃ poſuit ſpm̃ ſuũ ſuꝑ eũ:
cũ opante ſpũſcõ ſuſcepit carneꝫ ex virgine: ⁊ moꝝ
vt homo factꝰ ẽ plenitudinẽ ſpũſſancti ſuſcepit.
HIE. Ponit aũt ſpũſcũs nõ ſuꝑ dei verbũ:ſed ſuꝑ
vnigenitũ q̃ de ſinu patris proceſſit.ſ.ſuꝑ eũ de quo
dictũ ẽ: Ecce puer meꝰ. Quid aũt ꝑ ipſũ facturus ſit
ſubdit: Et iudiciũ gentibꝰ nunciabit. AVG.xx.de
ciui.dei: Quia.ſ.iudiciũ pnũciauit futurũ qȯ genti
bus erat occultũ. CHRY. Deinde humilitatẽ eiꝰ
manifeſtans dicit: Non contẽdet.quia ſicut illi pla
cuit oblatꝰ eſt:⁊ manibus ꝑſequentiũ ſe vltro obtu
lit. Neqꝫ clamabit. Quia ſicut agnꝰ corã tondẽte ſe
obmutuit. Neqꝫ audiet aliquis in plateis vocẽ eiꝰ.
HIE. Lata enim ẽ ⁊ ſpacioſa via que ducit ad ꝑdi
tionẽ:⁊ multi ingrediũt ꝑ eam:q̃ multi nõ audiunt
vocẽ ſaluatoris:qꝛ nõ ſũt in arta via: ſꝫ in ſpacioſa.
AEMI. Platea nãqꝫ grece:latine latitudo dr̃. in
plateis ergo vocem eiꝰ nemo audiuit:quia ſuis dile
ctoribꝰ nõ delectabilia in hoc mũdo ꝓmiſit:ſꝫ aſpe
ra. CHRY. Uolebat aũt dominus per huiuſmõi
manſuetudinem curare iudeos: ſꝫ lꝫ iſti rẽnuerent

nõ tñ eis reſtitit eos deſtruẽdo.vñ ⁊ eius v̾tutẽ ⁊ il
loꝝ imbecillitatẽ propheta oñdens dicit: Arũdinez
quaſſatã nõ ↄfringet: ⁊ lignũ fumigãs nõ extiguet.
HIE. Qui peccõri non porrigit manum: nec portat
onus fratris ſui: iſte q̃ſſatũ calamũ ↄfringit. ⁊ q̃ mo
dicaꝫ ſcintillã fidei ↄtẽnit: in ꝑuulis: hic lignũ extin
guit fumigans. AVG. xx. de ciui. dei: Unde ꝓſecu
tores iudeos q̃ calamo q̃ſſato ꝑdita integritate: ⁊ li
gno fumanti amiſſo lumie cõpati ſũt nõ ↄtriuit: nõ
extinxit: q꞉ pepcit eis q̃ nõdũ ↄſueuerat iudicare: ſꝫ
iudicari ab eis. AVG. de que. euan. In ligno etiã
fumigante notandũ eſt: quia deſertum lumen facit
pudore. CHRY. Uel in hoc qḋ dicit: Arũdinẽ q̃ſſa
tã non ↄfringet. oñdit ꝙ ita facile erat ei oẽs eos
frangere ſicut arũdinẽ: ⁊ nõ ſimpliciter arũdinẽ: ſed
etiã ↄtritã. In h̾ aũt qḋ dicit: Lignũ fumigãs nõ ex
tinguet: demõſtrat ⁊ illoꝝ furorẽ accenſũ: ⁊ virtutẽ
chriſti potẽtẽ ad extinguendũ hmõi furorẽ cũ oĩ fa
cultate. vnde in hoc multa mãſuetudo chriſti oñdi
tur. HYLA. Uel ꝑ hoc qḋ dicit: Arũdinẽ q̃ſſatam
eſt nõ eẽ cõfractã: oñdit caduca ⁊ quaſſata gentiuꝫ
corꝑa nõ fuiſſe contrita: ſed in ſalutẽ poti⁹ reſerua
ta. Per hoc aũt qḋ dicit: Lignũ fumigantib⁹ nõ ex
tinctũ: oñdit exiguitatem ignis iam cum fumiganti
bus in ligno nõ extinctam. i. iſrl̾ ex reliquijs veteris
gratie ſpm̃ non ablatũ: quia reſumẽdi toti⁹ luminis
in tp̃e pnĩe ſit facultas. RABA. Uel econuerſo.
arũdinẽ quaſſatã vocat iudeos quos a vẽto agita
tos ⁊ q̃ſi abinuicẽ diſſipatos: nõ ſtatim dñs ↄdẽna
uit: ſed patienter ſupportauit. Lignũ aũt fumigans
vocat populũ de gẽtib⁹ ↄgregatũ: q̃ extincto natu
ralis legis ardore fumi amariſſimi ⁊ oculis noxij:
tenebroſeq꞉ caliginis inuoluebat̃ errorib⁹: q̃ non ſo
lũ nõ extinxit ⁊ redigit in cinerẽ: ſꝫ ecõtrario de par
ua ſcintilla ⁊ pene moriente maxima ſuſcitauit incẽ
dia. Sed poſſet aliquis dicere: Quid igit̃: ſemp hec
erũt: ⁊ feret vſq꞉ i finẽ eos q̃ ſic inſidiãt̃ ⁊ inſaniũt:
Abſit. ſed cũ ſua oĩa facta erũt: tũc ⁊ illa oꝑabit̃. Et
hoc ſignauit dicens: Donec eijciat ad victoriã iudi
ciũ. Ac ſi dicat: Cũ ea q̃ ex ſe ſunt oĩa cõpleuerit: tũc
ꝑfectã vltionẽ inducet. tũc enĩ punient̃ cum claraꝫ
fecerit ſuã victoriã: vt nõ relinquat̃ eis inuerecũda
ↄtradictionis occaſio. HYLA. Uel donec eijciat
ad victoriã iudiciũ: ſublata. ſ. mortis ꝑtãte: iudiciuꝫ
⁊ claritatis ſue redituꝫ introducat. RABA. Uel
donec illud iudiciũ qḋ in eo agebat̃ ad victoriã ꝑ
ueniret: q̃a poſtq̃ꝫ mortẽ reſurgẽdo ſupauit: expul
ſo ꝑncipe hui⁹ mũdi victor ad regnũ redijt: in patris
dextera ſedens donec ponat ſub pedib⁹ oẽs inimi
cos ſuos. CHRY. Sed nõ in hoc ſtabũt ea q̃ ſunt
diſpenſationis vt ſolũ puniant̃ q̃ non crediderunt:
ſed ⁊ orbẽ terrarũ ad ſe trahet. vñ ſequitur: Et in no
mine ei⁹ gentes ſperabunt. AVG. xx. de ciui. dei:
Hoc aũt vltimũ iam videm⁹ impletũ. ⁊ ſi ꝑ hoc qḋ
negari nõ põt credit̃: ⁊ illud qḋ impudẽt̃ a quibuſ
dã negatur: nouiſſimũ iudiciũ qḋ ponet in terra: cũ
venerit ipſe de celo. quis enĩ ſperaret gẽtes in chri
ſti noĩe ſperaturas: qñ tenebat̃: ligabatur: cedebat̃:
illudebatur: ⁊ crucifigebatur: quando ⁊ ipſi diſcipu
li ſpem ꝑdiderãt: quã in illo habere iã ceperant. qḋ
tũc vix vnus latro ſperauit in cruce: nunc ſperãt gẽ
tes longe lateq꞉ diffuſe. Et ne in eternũ moriantur:
ipſa in qua morti⁹ ẽ cruce ſignant̃. Null⁹ igit̃ du
bitet ꝑ ieſũ chriſtũ nouiſſimuꝫ futuꝝ eſſe iudicium.
REMI. Sciendũ ẽ aũt: q꞉ nõ ſolũ iſtius loci ſen
ſus: ſed ⁊ multoꝝ alioꝝ hoc teſtimonio ↄfirmatur:
nam qḋ dicit: Ecce puer meus. ad illũ refert̃ vbi di
xerat: pater Hic ẽ filius me⁹. Qḋ vͦ ait: Ponã ſpi
ritũ meũ ſup eũ: ad hoc refert̃ ꝙ ſpũſſanctus deſcẽ
dit ſup dñm baptizatũ. Qḋ aũt ſubiũgit: Judiciũ gẽ
tibus nũciabit: refert̃ ad id qḋ infra dicitur: Cum ſe
derit fili⁹ hoĩs i ſede maieſtatis ſue. Qḋ aũt ſubdit:
Non cõtendet neq꞉ clamabit: ad hoc refert̃ ꝙ dñs
pauca rñdit ꝑncipi ſacerdotum ⁊ pilato: herodi vͦ
nulla. Qḋ vͦ dicit̃: Arũdinẽ quaſſatã nõ ↄfringet:
ad hoc ꝑtinet ꝙ dñs ſuos ꝑſecutores declinauit: ne
fierent deteriores. Qḋ vͦ dicit: In noĩe ei⁹ gentes
ſꝑabũt: ad h̾ qḋ ipſe dixit: Euntes docete oẽs gẽtes.

¶ Tũc oblatus ẽ ei demoniũ habẽs
cecus ⁊ mut⁹: ⁊ curauit eũ ita ut lo
queret̃ ⁊ uideret. Et ſtupebãt oẽs
turbe ⁊ dicebãt: Nũquid hic ẽ fili⁹
dauid. Phariſei aũt audientes dixe
runt: Hic nõ eijcit demones: niſi i
beelzebub principe demoniorum.

CHRY. Cõfutauerat ſupius dñs phariſeos chri
ſti miracula calũniantes: ex hoc ꝙ ſabbatũ ſoluere
videbat̃: ſed q꞉ maiore nequitia ipſa chriſti miracu
la diuina virtute facta ꝑuertebãt: attribuẽtes ea im
mũdo ſpũi: iõ euangeliſta ꝑmittit miraculũ ex quo
blaſphemandi occaſionẽ ſũpſerũt dicẽs: Tũc obla
tus eſt ei demoniũ habẽs: cec⁹ ⁊ mut⁹. REMI. Qḋ
aũt dicit Tũc: ad ſupiora refert̃: qñ ſanato hoĩe qui
habebat manũ aridã: exiuit de ſynagoga. Siue qḋ
dicit Tũc: põt referri ad latius atq꞉ ꝓlixius temp⁹
vt ſit ſenſus: Tũc qñ hec vel illa dicebant̃ vel gere
bantur. CHRY. Mirãda eſt aũt nequitia demo
nis. vtrũq꞉ ingreſſũ opilauit: ꝑ quẽ ille erat creditu
rus. ſ. ⁊ auditũ ⁊ viſũ. Sꝫ chriſt⁹ vtrũq꞉ aperuit. Uñ
ſeq̃tur: Et curauit eũ ita vt loq̃ret̃ ⁊ videret. HIE.
Tria aũt ſigna ſimul in vno hoĩe ꝑpetrata ſunt. Ce
cus videt: mut⁹ loq̃tur: poſſeſſus a demone libera
tur. Qḋ ⁊ tũc quidẽ carnaliter factũ ẽ: ſed quotidie
complet̃ in ↄuerſione credẽtiũ: vt expulſo demone
primũ fidei lumẽ aſpiciãt: deinde in laudes dei ta
centia prius ora laxent̃. HYLA. Nõ aũt ſine rõne
cũ turbas oẽs curatas in cõi dixiſſet: nũc ſeorſũ de
moniũ habẽs cec⁹ ⁊ mutus offert̃. Oportebat eniꝫ
vt poſtq̃ꝫ man⁹ aride hõ oblatus ẽ: qui i ſynagoga
curabat̃: in vni⁹ hmõi hoĩs forma gentiũ ſal⁹ fieret
vt q̃ erat habitatio demonij: ⁊ cecus ⁊ mut⁹ deo ca
pax pararet̃: ⁊ deũ ↄtineret in chriſto: ⁊ chriſti oꝑa
dei confeſſione laudaret. AVG. de que. euan. De
moniũ enĩ habens cec⁹ ⁊ mut⁹ q̃ nõ credit: ⁊ ſubdi
tus ẽ diabolo q̃ nõ intelligit ⁊ nõ ↄfitet̃ ipſam fidẽ
vel q̃ nõ dat laudẽ deo. AVG. de cõ. euã. Hoc ãt
nõ iſto ordine: ſed poſt multa alia lucas cõmemo
rat: ⁊ mutum dicit tñ ⁊ non cecum. Sed etiã ex eo
ꝙ aliq̃d tacet: de alio dicẽ putãdus ẽ: ea enĩ ſequen
tia ⁊ ipſe contexit que matthe⁹. HYLA. Stupue
rũt facti iſti⁹ opus turbe ſed phariſeoꝝ ingraueſcit

intuidia. vnde ſequitur: Et ſtupebant omnes turbe
⁊ dicebant: Nunquid iſte eſt filiꝰ dauid? GLO.
Ob miraꝫ: ⁊ beneficia filiū dauid ꝑdicāt. RABA.
Turbe aūt q̄ minꝰ erudite videbanť: dñi ſp̄ facta mi
rātes: illi ꝯ vel q̄ negare nequiuerāt ſiniſtra interp̄
tatiōe ꝑuertere laborabāt: q̄ſi hec nō diuinitatis: ſꝫ
īmūdi ſpūs opa fuiſſēt. i. beelzebub q̄ deꝰ erat acha
ron. vnde ſeq̄tur: Phariſei aūt audientes dixerunt:
Hic nō eijcit de. niſi in beel. p̄n. demōioꝝ. REMI.
Beelzebub āt ipſe ē beel ⁊ baal ⁊ beelphegor. Bel
fuit p̄r nini regis aſſyrioꝝ. Baal deꝰ ē: q꞉ in excelſo
colebať. Beelphegor a loco. i. a monte phega. Ze
bub ſeruus fuit abimelech filij gedeonis q̄ occiſis
lxx. fratribꝰ edificauit tēplū baal: ⁊ ꝯſtituit eū ſacer
dotē in ipſo ad abigēdas muſcas q̄ ibi cōgregabāť
ꝓpter nimiū cruorē victimaꝝ. zebub nāqꝫ muſca di
ciť. Beelzebub ergo vir muſcarū interp̄tať. vñ ꝓp̄
ſpurciſſimū ritū colendi dicebant eū eſſe p̄ncipē de
mōioꝝ. nihil ḡ ſordidiꝰ īueniētes qđ dño obijcerēt:
dicebant eū ī beelzebub eijcere demonia. Et ſciēdū
ꝙ non ē legendū p. d. vel. t. in fine vt quedā mēdo
ſe exemplaria habent: ſed p. b.

Jeſus aūt ſciens cogitatiōes eo
rū dixit eis: Oē regnū diuiſū cōtra
ſe deſolabiť: ⁊ ōis ciuitas uel domꝰ
diuiſa cōtra ſe nō ſtabit. Et ſi ſatha
nas ſathanā eijcit: aduerſus ſe diui
ſus ē: quō ergo ſtabit regnuꝫ eius?

HIE. Phariſei opa dei p̄ncipi demonioꝝ deputa
bant: quibꝰ dñs nō ad dicta: ſed ad cogitata rn̄dit
vt vel ſic cōpelleréť credere potentie eius q̄ cordis
videbat occulta. vñ dr̄: Jeſus aūt ſciēs cogi. eoꝝ di.
eis. CHRY. Supiꝰ q̄dē ꝯ ō h̄ chriſtū accuſauerāt
q꞉ in beelzebub eijceret demonia: ſꝫ tūc quidē eos
nō increpauit ꝯcedens eis ⁊ a pluribꝰ ſignis cogno
ſcere eiꝰ v̄tutē: ⁊ a doctrina dicē eiꝰ magnitudinem.
ſed q꞉ ꝑmanebāt eadē dicētes iā īcrepat eos ꝯ̄ſuis
eoꝝ accuſatio valde irrōnabilis eſſet. Jnuidia autē
nō q̄rit q̄d dicat: ſed ſolū vt dicat. neqꝫ tn̄ chriſtꝰ eos
ꝯtēp̄ſit: ſꝫ rn̄det cū decenti māſuetudine: docēs nos
mites eē inimicis ⁊ non turbari: etiā ſi talia dicant
que nos ī nobis nō recognoſcimꝰ: neqꝫ h̄nt aliquā
rōnē. Jn quo etiā oñdit mendacia eē q̄ ab ipſis ſūt
dicta. neqꝫ ē demoniū habentis tantā oñdere man
ſuetudinē ⁊ cogitatiōes ſcire. Et quia valde irrōna
bilis erat eoꝝ ſuſpitio ⁊ multitudinē timebant non
audebāt publicare chriſti accuſationē: ſꝫ ī mēte vol
uebant. Propť qđ dicit: Sciēs cogitatōes eoꝝ. Jpe
āt accuſationē nō quā in rn̄dendo inde ponit neqꝫ
diuulgat eoꝝ neq̄tiā: ſolutionē aūt inducit: ſtudiuꝫ
enī eius erat ꝓdeſſe peccantibꝰ: nō publicare. Non
aūt rn̄det eis a ſcripturis: q꞉ nō attēderēt aliť expo
nentes: ſꝫ a cōibꝰ opinionibꝰ. Nō eniꝫ ita exteriora
ꝑlia corrūpūt: ſicut ea q̄ interiora. hoc enī fit in cor
poribꝰ ⁊ ī oībꝰ rebꝰ: ſꝫ interim a magis cognitis exē
pla ducē dicēs: Oē regnū ꝯ ſe diuiſuꝫ deſolabiť. Ni
hil enī ē in terra regno potētiꝰ: ſꝫ tn̄ p altercatōꝫ pe
rit. Quid aūt dicendū ē de ciuitate vel ō domo? ſiue
magnū ſiue ꝑuū fuerit ꝯ ſeipſum pugnans perit.
HYLA. Vñ domꝰ ⁊ ciuitatis eadē eſt hic rō q̄ eſt
regni. ꝓp̄ qđ ſeq̄ť: Et ōis ciui. vel do. di. ꝯ ſe nō ſta
bit. HIE. Quō enī ꝯcordia ꝑue res creſcunt: ſic di
ſcordia maxime dilabūť. HYLA. Sermo aūt dei
diues ē ⁊ vel ſimpliciter intellectꝰ vel inſpectꝰ inte
rius ad oēm ꝓfectū ē neceſſariꝰ. Relictis ḡ his q̄ ad
cōem ītelligētiā patēt: cauſiſ interioribꝰ īmoremur.
Reſponſurꝰ enī dñs ad id qđ de beelzebub dictū erat in
ipſos q̄bꝰ rn̄debat rn̄ſiōis ꝯditionē retorſit. lex eniꝫ
a deo ē: ⁊ regni iſrľ pollicitatio ex lege ē: ſi regnū le
gis ꝯ ſe diuidiť diſſoluať neceſſe ē: ⁊ ſic iſrľ amiſit ⁊
legē q̄n impletionē legis in chriſto plebs legis im
pugnat. Sed ciuitas hic hierlm indicať: q̄ poſtq̄ in
dñm ſuū furore plebis exarſit ⁊ ap̄los eiꝰ cū creden
tiū turbis fugauit poſt diuiſionē non ſtabit: atqꝫ ita
qđ ꝑ hāc diuiſionē mox ꝯſecutū eſt: ciuitatis illiꝰ d
nūciať excidiū. Deinde aſſumit: Et ſi ſatha. ſatha. eij
cit: adu er. ſe diui. ē: quō ḡ ſta. reg. eius? HIE. Ac ſi
diceret: ſi ſathanas pugnat ꝯ ſe ⁊ demō inimicus
eſt demoni: deberet iā mūdi venire ꝯſūmatio. Nec
h̄nt in eo locū aduerſarie ꝑtātes quaꝝ int̄ ſe belluꝫ
pax hoīm ē. GLO. Neceſſaria ḡ complexiōe eos
arguit. vel enī chriſtꝰ in virtute dei demones eijcit:
vel in p̄ncipe demonioꝝ. ſi in virtute dei fruſtra ca
lūniaň: ſi in p̄ncipe demonioꝝ regnū eiꝰ diuiſū eſt:
nec ſtabit. ⁊ iō a regno eiꝰ recedant: qđ īnuit ſibi cō
elegiſſe: dum in ſe nō credunt. CHRY. Uel ſic: Si
diuiſus eſt imbecillior factꝰ ē ⁊ perit. ſi aūt perit: q̄li
ter pōt aliū ꝓijcere? HYLA. Uel aliť: Si ad diui
ſionē ſuā coactꝰ eſt demon vt demones ꝑturbaret:
hinc quoqꝫ eſtimādū ē plus ī eo q̄ diuiſerit q̄ ī his
qui diuiſi ſūt eē virtutis. ergo regnū diaboli diuiſio
ne facta a chriſto eſt diſſolutū. HIE. Si aūt putat
o ſcribe ⁊ phariſei ꝙ ꝯceſſio demonū obediētia ſit ī
p̄ncipē ſuū vt hoīes ignorātes fraudulēta ſimulati
one deludāť: q̄d poteſtis dicere de corpoꝝ ſanitati
bus q̄s dñs ꝑpetrauit? Aliud ē ſi mēbroꝝ quoqꝫ de
bilitateſ ⁊ ſpiritaliū v̄tutū īſignia demōibꝰ aſſignet.

Et ſi ego ī beelzebub eijcio demo
nes: filij ueſtri in quo eijciūt? Jdeo
ipſi iudices ueſtri erunt. Si aūt ego
in ſpū dei eijcio demoneſ: igitur per
uenit in uos regnū dei.

CHRY. Poſt primā ſolutionē venit ad ſecundā
p̄mā manifeſtiorē dicens: Et ſi ego in beelzebub ei
cio demones: filij veſtri in quo eijciūt? Jdeo ipſi iu
dices veſtri erunt. HIE. Filios iudeoꝝ vel exorci
ſtas legis gētis illiꝰ ex more ſignat: vel ap̄los ex eo
rū ſtirpe generatos. Si exorciſtas: q꞉ ad inuocatio
nē dei eijciebāt demones: coartat phariſeos interro
gatiōe prudēti: vt ꝯfiteanť ſpūſſci eē opꝰ eoꝝ. Si ex
pulſio inquit demonū ī filijs veſtris deo: nō demo
nibus deputať: q̄re in me idem opꝰ nō eandē h̄ꝫ ex
cāꝫ? ergo ipſi veſtri iudices erunt: nō ꝑtāte: ſꝫ cōpa
ratione: dum illi expulſionem demonū deo aſſignāt:
vos p̄ncipi demonioꝝ. Siue autē ⁊ de apoſtolis di
ctū eſt: quod ⁊ magis intelligere debemus: ipſi erūt
iudices eoꝝ: quia ſedebūt in. xij. ſolijs iudicātes. xij.
tribus iſrael. HYLA. Jdcirco autem digne iudi
ces ſūt in eos ꝯſtituti q̄bus id dediſſe chriſtꝰ aduer
ſus demones ꝑtātis repiť qđ ip̄e ē negatꝰ habuiſſe.

RABA. Uel qꝛ apl̃i bñ ſibi cõſcij erãt nihil male
artis ſe ab eo didiciſſe. CHRY. Non ḡ dixit Diſci
puli mei neqꝫ apl̃i: ſꝫ Filij vr̃i. Ut ſiquidẽ voluerit
reuerti ad illoꝝ dignitatẽ: multã hinc accipiãt occa
ſionẽ. ſi aũt ingrati fuerint neqꝫ verecũdã hñt excu
ſationẽ. Eiiciebant aũt apl̃i demones: qꝛ acceperãt
ptãtẽ ab ipo: ⁊ tñ nihil eos incuſabãt. nõ eñi rebus
ſed ꝑſone chriſti aduerſabant̃. volens igit̃ mõſtra
re quoniã iuidie erant que dicebãt̃ de chriſto: apo
ſtolos in mediũ ducit. Rurſus aũt ad ſui cognitiõꝫ
inducit eos demonſtrans qm̃ ꝓpriis aduerſant̃ bo
nis ⁊ ↄtrariãt̃ ſue ſaluti: cũ deceret eos letari ꝙ ma
gna bona illis aduenerat donaturꝰ. Uñ ſequit̃: Si
aũt ego in ſpũ dei eij. demo. igit̃ ꝑue. in vos reg. dei.
Per h̃ aũt demõſtrat ꝙ magne v̾tutis opꝰ ẽ demo
nes eiicẽꝛ nõ cuiuſlibet gratia. Et ob h̃ qdeꝫ ſylogi
ꝫat dicens: Ergo ꝑue. i vos regnũ dei. Ac dicat: Si h̃
eſt: ꝑfecto filiꝰ dei aduenit. hoc aũt obũbrate dicit:
vt nõ illis ſit graue: deinde vt illos alliciat nõ dixit
ſimpliciter ꝑuenit regnũ: ſꝫ In vos. q. d. Uobis ve
niũt bona: ꝓpt̃ qđ veſtrã impugnatis ſalutẽ. hoc. n.
eſt ſignũ a prophetis traditũ ꝑñtie filij dei tanta fie
ri ptãte diuiã. HIE. Regnũ eñi dei ſeipſuꝫ ſignat:
de quo in alio loco ſcriptũ ẽ: Regnũ dei intra vos ẽ
⁊ Mediꝰ ſtat itra vos quẽ neſcitis. Uel certe illud
regnũ qđ ⁊ iohãnes ⁊ ipſe dñs ꝑdicauerat: Pñiam
agite: appropinq̃bit enim regnum celorũ. Eſt ⁊ ter
tiũ regnũ ſcripture ſcẽ: qđ auferẽ a iudeis: ⁊ tradit̃
gẽti facienti fructꝰ eiꝰ. HYLA. Si ḡ diſcipuli ope
rant̃ ꝑ chriſtũ: ⁊ ex ſpũ dei chriſtꝰ opat̃: adeſt regnũ
dei in aplis mediatoris officio trãſfuſũ. Diminutio
regni diaboli ẽ augmentatio regni dei. AUG. de
cõ. euã. Uñ põt etiã hic eẽ ſenſus: Si ego in beelze
bub eiicio demones: etiã ſm̃ veſtrã ſñiam ꝑuenit in
vos regnũ dei: qꝛ reg. nũ diaboli ſtare nõ põt: quem
aduerſũ ſe diuiſũ fatemini. Regnũ eñi dei nũc dixit
quo damnantur impij: ⁊ a fidelibꝰ de peccatis ſuis
penitentiam agentibus nunc ſecernũtur.

¶ Aut quõ põt qſq̃ꝫ intrare in do
mũ fortis: ⁊ uaſa eiꝰ diripe: niſi pri
us alligauerit fortẽ? Et tũc domũ
illius diripiet.

CHRY. Poſita ſecũda ſolutiõe inducit ⁊ tertiam
dicens: Aut quõ põt qſq̃ intra. i do. fortis. Qđ eniꝫ
nõ põt ſathanas ſathanam eiicẽ manifeſtũ ex dict̃
eſt. Sꝫ qm̃ neqꝫ aliꝰ põt eũ eiicere niſi ꝑus eũ ſupa
uerit: oibꝰ ẽ manifeſtũ. cõſtituit̃ ḡ ꝙ ⁊ antea cũ ma
nifeſtiori abundantia: dicit eñi: Tm̃ abſiſto ab hoc
ꝙ vtar diabolo adiutore ꝙ ꝑlier cũ eo ⁊ ligẽ eum:
⁊ huiuſmõi ↄiectura eſt ꝙ vaſa eiꝰ diripio. Et ſic cõ
trariũ eiꝰ qđ illi tẽtabant dicere demõſtrat. Illi eniꝫ
volebant oſtendere ꝙ nõ ꝓpria virtute eiicit demo
nes. Ipſe aũt oſtendit ꝙ non ſolũ demones: ſꝫ ⁊ eo
rum ꝑncipẽ ligauit: qđ manifeſtũ eſt ab his q̃ facta
ſunt. Qualiter eñi ꝑncipe nõ victo hi q̇ ſubiacent: de
mones direpti ſũt. Hoc aũt mihi ꝓphetia videt̃ eſſe
qđ dicitur: Non eñi ſolũ demones eiicit: ſꝫ ⁊ errorẽ
vniuerſi orbis terrarũ abiget ⁊ machinationeꝫ dia
boli diſſoluet. ⁊ nõ dixit Rapiet: ſꝫ Diripiet: oſtẽdẽſ
ꝙ hoc cum poteſtate fiet. RABA. Domus illius
mundus ẽ: q̃ in maligno poſitus nõ creatoris digni
tate: ſed magnitudine delinquẽtis alligatꝰ ẽ fortis
⁊ religatus in tartarũ ⁊ dñi pede ↄtritꝰ. Nõ aũt de
bemꝰ eẽ ſecuri: aduerſariꝰ noſter fortis victoris quo
qꝫ vocibus cõprobat̃. CHRY. Fortẽ ãt eũ vocat
anq̃ꝫ oñdens tyrannidẽ q̃ ex nr̃a deſidia c̃ata eſt.
AUG. de que. euan. Quos. ſ. ipſe tenebat: ne poſſet
viribꝰ ſuis ab illo ſe hoies eruere ſed ꝑ gratiam dei.
Uaſa eiꝰ dicit oẽs infideles. Alligauit aũt fortẽ ꝙ
ptãtẽ illi ademit impediendi volũtatẽ fideliũ: aſſe
quẽdo chriſtũ ⁊ nõ obtinẽdo regno dei. RABA.
Domũ ḡ eius diripuit: qꝛ ereptos a diaboli laqueiſ
eos quos ſuos eẽ ꝓuidit eccleſie adunauit. vel quia
oẽs mũdi ꝑtes aplis ⁊ eoꝝ ſucceſſoribus aduerten
dũ diſtribuit. Oſtendit igit̃ ꝑ manifeſtã parabolaꝫ
dicens ꝙ non cõcordat in fallaci opatione cum de
monibus vt calũniabãtur: ſed virtute dignitatis ho
mines a demonibus liberauit.

¶ Qui nõ ẽ mecũ contra me eſt: ⁊
q nõ ↄgregabit mecum ſpargit.

CHRY. Poſita tertia ſolutione: hic ponit quartã
dicens: Qui nõ eſt mecum: ↄ̃ me eſt. HYLA. In
quo oñdit lõge a ſe eẽ vt aliquid a diabolo mutua
tũ ſit ptãtis: ⁊ ex hoc ingentis ꝑiculi res intelligitur
male de eo opinari cũ quo nõ eſſe idipſũ ẽ qđ ↄtra
eſſe. HIE. Nõ tamen putet hoc q̃ſq̃ꝫ de hereticis
dictũ ⁊ ſciſmaticis: quãq̃ꝫ ⁊ ita ex ſupfluo poſſet in
telligi: ſed ex ↄueniẽtibus textuq̃ꝫ ſermonis ad dia
bolũ refert̃: eo ꝙ nõ poſſunt opa ſaluatoris beelze
bub opibꝰ cõparari. Ille cupit aĩas hoĩm tenere ca
ptiuas: dñs liberare. Ille ꝑdicat idola: hic vniꝰ dei
noticiã. Ille trahit ad vitia: hic reuocat ad virtutes.
Quõ ḡ pñt inter ſe habere ↄcordiã: quoꝝ opa ſunt
diuerſa. CHRY. Qui ḡ nõ mecũ ↄgregat neqꝫ me
cũ eſt: non erit mihi cõparandꝰ vt mecũ demones
eiiciat: ſꝫ magis deſiderat q̃ mea ſunt ſpargẽ. Sꝫ dic
mihi: Si oportuerit cũ aliq̊ ꝑliari q̃ nõ vult tibi au
xiliari: hoc ipſo nõ eſt aduerſũ te. Ipſe etiã dñs alio
loco dixit: Qui nõ eſt aduerſũ nos ꝓ nobis ẽ. Sed
nõ ẽ ↄ̃riũ hoc qđ hic dicit̃: Hic eñi loq̃t̃ de diabolo
aduerſario exiſtẽte: ibi aũt de hoie q̃ in ꝑte erat cuꝫ
eis: de quo dictũ erat: Uidimꝰ quendã in noĩe tuo
eiicientẽ demonia. Uidet̃ aũt iudeos hic occulte in
ſinuare cũ diabolo ſtatuẽs eos. ipſi eñi aduerſus eũ
erant: ⁊ ſpargebãt q̃ ipſe ↄgregabat. Sed ⁊ decens
eſt credere hoc de ſeipſo dixiſſe: quia aduerſus di
abolũ erat: ⁊ que illiꝰ ſunt diſpergebat.

¶ Ideo dico uobis: oĩe pctĩn bla
ſphemie remittet̃ homibꝰ: ſpũs aũt
blaſphemie nõ remittet̃. Et qcũqꝫ
dixerit uerbũ ↄtra filiũ hoĩs remit
tetur ei. q aũt dixerit ↄtra ſpiritum
ſanctum non remittetur ei: neqꝫ in
hoc ſeculo: neqꝫ in futuro.

CHRY. Quia dñs phariſeis excuſando rñderat:
iam eos terret. Eſt enim hoc correctionis non par
ua ps: non ſolũ excuſando reſpõderi ſꝫ ⁊ cõtrariari.
CHRY. Phariſeoꝝ eñi ſñiam ⁊ eoꝝ qui ita cum

his ſentiũt ꝑuerſitatẽ: ſeueriſſima diffinitiõe cõdem-
nat: pctõꝝ oĩm veniã ꝓmittẽs: ⁊ blaſphemie ſpũs
indulgẽtiã abnegãs. Ideo di. vo. oẽ pctm̃ ⁊ blaſ. re.
hoĩb⁹. ‖ REMI. Sciendũ ẽ tñ ꝙ nõ paſſim quibuſcũ
qꝫ dimittit: ſꝫ illis q̃ ꝓ ſuis reatib⁹ dignã pniãz ege
rint. Deſtruit aũt his verbis erroꝛ nouatiani q̃ dice
bat ꝙ fideles p⁹ lapſũ ꝑ pniãz nõ pñt ſurgere: neqꝫ
pctõꝝ ſuoꝝ veniã ꝓmereri: maxime illi q̃ in ꝑſecuti
one poſiti negabãt. Seqꝛ: Spũs aũt blaſphemie ñ
remittet. ‖ AVG. Quid enĩ intereſt ad rẽ vtrũ dica
tur: Spiritus blaſphemie non remittetur: an dica-
tur: Qui blaſphemauerit ĩ ſpũſanctũ nõ ei remitte-
tur: vt lucas dicit: niſi forte ꝙ eadẽ ſnia aperti⁹ iſto
mõ q̃ꝫ illo dr̃. Et aliũ euãgeliſtã nõ deſtruit ali⁹ ſed
exponit. Spũs enĩ blaſphemie clauſe dictũ ẽ: qꝛ nõ
eſt expſſũ cui⁹ ſpũs. ⁊ iõ ad huiuſmõi expoſitionem
ſubdit: Et quicũqꝫ dix. vbũ ꝯ fi. hoĩs remit. ei. Ideo p⁹
vniuerſalẽ cõmemoratiõnẽ oĩs blaſphemie eminẽ-
tius voluit exprĩmere blaſphemiã q̃ dr̃ ꝯ filiuꝫ hoĩs:
quã in euãgelio ſm̃ iohãnẽ valde grauẽ oñdit: vbi
ait de ſpũſcõ: Ille arguet mũdũ de pctõ: de iuſticia:
⁊ de iudicio. de pctõ quidẽ qꝛ nõ credũt in me. Se
quitur: Qui aũt di. ꝯ ſpi. ſan. vbũ: nõ remit. ei neqꝫ in
hoc ſe. neqꝫ in futuro. Nõ ḡ hoc dr̃ ꝓpterea qꝛ ĩ tri
nitate maioꝛ ẽ filio ſpũſſcũs: qᷦ nullꝰ vnq̃ꝫ vel here
ticus dixit. ‖ HYLA. Quid aũt tam extra veniã ẽ q̃ꝫ
in chriſto negare qᷦ dei ẽ: ⁊ ꝯſiſtentẽ in eo paterni
ſpũs ſubſtantiã adimere: cũ in ſpũ dei oẽ op⁹ conſu
met: ⁊ in eo deus mũdũ recõcilians ſibi. ‖ HIE. Vel
ita loc⁹ iſte ẽ intelligend⁹: Qui vbũ dixerit ꝯ filium
hoĩs ſcandalizatus carne mea: ⁊ me hoĩem tñ arbi
trans: taliſ opinio atqꝫ blaſphemia quãq̃ꝫ culpa nõ
careat erroꝛis: tñ hꝫ veniã ꝓpt̃ corpis vtilitatẽ. Qui
aũt manifeſta intelligẽſ opa dei cũ dei virtutẽ nega
re non poſſit: eadẽ calũniaꝛ ſtimulat⁹ inuidia: ⁊ chri
ſtũ dei verbũ ⁊ opa ſpũſſcĩ dicit eẽ beelzebub: iſti ñ
remittetur neqꝫ in hoc ſclõ neqꝫ ĩ futuro. ‖ AVG.
de con. euã. Sꝫ ſi h̃ ꝓptea dictum eẽt: pfecto de oĩ
blaſphemia taceret: ⁊ hec ſola remiſſibilis videret:
q̃ ꝯ filiũ hoĩs dicitur: q̃ſi cũ hõ ſolũ putaꝛ. Aũ vo p-
miſſũ ſit: Oẽ peccatũ ⁊ blaſphemia remittet hoĩb⁹:
ꝓculdubio ⁊ illa blaſphemia q̃ ꝯ patrẽ diciꝛ illa ge
neralitate ꝯcludiꝛ: ⁊ tñ hec ſola irremiſſibilis diffi-
niꝛ: q̃ dr̃ ꝯ ſpiritũſanctũ. Nũqd nã ⁊ pr̃ formã ſerui
accepit: q̃ſi ſit maioꝛ ſpũſſcũs: Quis etiã nõ ꝯuinciꝛ
dixiſſe vbũ ꝯ ſpiritũſanctũ anq̃ꝫ chriſtian⁹ vel catho
licus fieret: pmo ipſi pagani cũ dicũt chriſtũ magi-
cis artib⁹ feciſſe miracula: nõne ſilẽs ſũt his q̃ dixe-
rũt eũ in pñcipe demonioꝝ eieciſſe demõia: Iudei
etiã ⁊ quicũqꝫ heretici ſpiritũſanctũ ꝯfiteñ: ſꝫ negãt eũ
eſſe in corpe chriſti qᷦ ẽ eccleſia catholica ſilẽs ſũt
phariſeis q̃ negabãt ſpiritũ eſſe in chriſto. Quidam
etiã heretici ipſũ ſpiritũſanctũ vel creaturã eẽ contẽ
dunt ſicut arriani: eunomiani ⁊ macedoniani. vl eũ
ꝓrſus ita negant vt deũ negẽt eẽ trinitatẽ: ſꝫ ſolũ pa
trẽ eẽ deũ aſſeuerãt: ⁊ ipſũ aliqñ vocari filiũ: aliqñ
ſpiritũſanctũ: ſicut ſabelliani. Photiniani quoqꝫ pa
trem ſolum eẽ dicẽtes deũ: filiũ vo non niſi hoĩem
negãt oĩno tertiã eſſe pſonam ſpiritũſanctũ. Mani
feſtum eſt igiꝛ a paganis iudeis ⁊ hereticis blaſphe
mari ſpiritũſanctũ. Nunquid ergo deſerendi ſunt ⁊
ſine vlla ſpe deputãdi: quib⁹ ſi nõ eſt dimiſſũ vbuꝫ

quod dixerunt ꝯ ſpiritũſanctũ inaniter eis pmitti
tur ꝙ ĩ baptiſmo ſiue ĩ eccleſia remiſſionem accipi
ant pctõꝝ. Nõ enĩ dictũ eſt: Non remittet ei in bap
tiſmo: ſed Neqꝫ ĩ hoc ſeculo neqꝫ in futuro. Et ſic
illi ſoli eſtimãdi ſũt ab huiuſmõi grauiſſimi pecca
ti reatu liberi: quia ab infantia ſunt catholici. Non
nullis aũt videꝛ eos tñmõ peccare ĩ ſpiritũſanctũ
qui lauacro regeneratiõis abluti in eccleſia: ⁊ acce
pto ſpũſcõ velut tanto poſtea dono ſaluatoꝛis igra
ti: moꝛtifero aliquo peccato ſe imerſerit: qualia ſũt
vel adulteria vel homicidia vel ipſa diſceſſio a nõie
chriſtiano ſiue catholica eccleſia. Sꝫ iſte ſenſus vn
de ꝓbari poſſit ignoꝛo cũ ⁊ penitẽtie quoꝛũcũqꝫ cri
minũ locus in eccleſia nõ negeꝛ: ⁊ ipſos hereticos
ad hoc vtiqꝫ coꝛripiendoſ dicat aplus: Ne forte det
illis deus penitẽtiã ad cognoſcẽdam veritatẽ. Po
ſtremo nõ ait dñs qui fidelis catholic⁹ dixerit ver
bũ ꝯ ſpiritũſanctũ: ſꝫ q̃ dixerit: hoc eſt quicũqꝫ dixe
rit: non remitteꝛ ei: neqꝫ in hoc ſeculo neqꝫ in futu
ro. ‖ AVG. de ſer. dñi in monte: Vel aliꝛ dicit iohã
nes apls: Eſt peccatũ ad moꝛtẽ: nõ ꝓ eo dico vt ro
get quis. pctm̃ aũt frĩs ad moꝛtẽ dico etiã: cũ poſt
agnitionẽ dei ꝑ gratiã dñi noſtri ieſu chriſti quiſq̃ꝫ
oppugnat fraternitatẽ: aut aduerſus ipſam gratiã
qua recõciliatus eſt deo inuidentie facib⁹ agitaꝛ. Hu
ius pcti tãta labes ẽ: vt depcandi humilitatẽ ſubire
non poſſit: etiã ſi peccatũ ſuũ mala ꝯſcia ⁊ agnoſce
⁊ annunciare cogaꝛ. Quis mentis affectionẽ ꝓpter
peccati magnitudinẽ iam dãnationẽ aliquos habẽ
credẽd⁹ ẽ: ⁊ hoc foꝛtaſſe eſt peccare in ſpũſanctũ.
ꝑ maliciã ⁊ inuidiã fraternã impugnare charitatẽ
p⁹ acceptã gratiã ſpũſſcĩ: qᷦ peccatũ dñs neqꝫ hic
neqꝫ ĩ futuro ſeculo dimitti diꝛ. vnde queri põt vtꝝ
in ſpiritũſanctũ iudei peccauerint qui dixerunt ꝙ in
beelzebub pꝛincipe demonioꝝ dñs demonia expel
lebat: vtꝝ enĩ hoc in ipſũ dñm dictũ accipiamus: q
de ſe diꝛ alio loco: Si patrẽfamilias beelzebub vo
cauerũt quantomagis domeſticos eius: an qꝛ de
magna inuidentia dixerant: ingrati tam pñtib⁹ bene
ficijs q̃uis nondũ chriſtiani fuerint: nõ ꝓpter ipſaꝫ
inuidẽtie magnitudinẽ in ſpiritũſanctũ peccaſſe cre
dendi ſũt. Non enĩ hoc colligiꝛ de verbis dñi: vide
ri tñ põt adhuc eos monuiſſe vt accedãt ad gratiaꝫ
non ita peccẽt vt nũc peccauerũt. Nũc enim in filiũ
hoĩs dixerũt verbũ neq̃ꝫ: ⁊ poteſt eis dimitti: ſi con
uerſi fuerint ⁊ ei crediderint. Si aũt p⁹ q̃ꝫ ſpiritũſan
ctũ acceperint: fraternitati inuidere ⁊ gratiã quam
acceperũt oppugnare voluerit: nõ eis dimitti: neqꝫ
in hoc ſeculo: neqꝫ in futuro. Nã ſi eos ſic haberet
condẽnatos: ut nulla ſpes reliqua illis eſſet: nõ ad
huc monẽdo iudicaret cũ addidit dicẽs: Aut facite
arboꝛẽ bonã ⁊c. ‖ AVG. in li. retract. Hoc aũt non
ꝯfirmaui: qꝛ h̃ putare me dixi: ſꝫ tñ addẽdũ fuit ſi i
hac tam ſcelerata mentis ꝑuerſitate finierit hanc vi
tam: quoniã in quocũqꝫ peſſimo ĩ hac vita conſtitu
to: nõ eſt vtiqꝫ deſperandũ: nec ꝓ illo imprudenter
oꝛaꝛ: de quo non deſperaꝛ. ‖ AVG. de ver. do. Eſt
autem magnũ ſecretũ huius queſtionis. Lumen ḡ
expoſitionis a dño queratur. Dico aũt charitati ve
ſtre foꝛte in omnibus ſcripturis ſanctis nulla ma
ioꝛ queſtio: nulla difficilioꝛ inuenitur. Prius ergo
vt aduertatis admoneo: non dixiſſe dominũ: Oĩs

blaſphemia ſpūs nō remittet᷑: neq̄ʒ dixiſſe q̄ dixerit
quodcūq̄ʒ verbū ɔtra ſpūſanctū: ſʒ q̄ dixerit verbuʒ
Quapropter nō ē neceſſe vt omnē blaſphemiam ⁊
oē verbū qđ dr̄ ɔ̄ ſpūſanctū: remiſſionē quiſq̄ʒ ex-
iſtimet nō habere. ſed neceſſe ē plane vt ſit aliquod
verbū qđ ſi dicatur ɔ̄ ſpūſcm̄: nullā remiſſionem
mereat᷑. Solēt enī ſcripture ita loq̄ vt qn̄ aliq̄d ſic
dr̄ vt neq̄ʒ ex toto neq̄ʒ ex pte dictū ſit: nō ſit neceſſe
vt ex toto fieri poſſit vt ex parte nō intelligat᷑: ſicut
cū dn̄s dixit iudeis: Si nō veniſſem ⁊ locut᷒ eis nō
fuiſſem: pctm̄ nō haberēt. Nō enī ita dictū ē: vt ſine
vllo oīno peccato vellet ītelligi futuros fuiſſe iude-
os: ſed eē aliqđ pctm̄ qđ nō haberēt niſi chriſt᷒ ve-
niſſet. Quis autē ſit iſte mod᷒ ɔ̄ ſpiritūſanctū ordo
poſtulat vt dicam᷒: Inſinuat᷑ ſiquidē nobiſ ī patre
auctoritas: in filio natiuitas: in ſpūſcō patris filijq̄ʒ
cōitaſ. Quod ḡ cōe eſt patri ⁊ filio: p hoc nos volue-
rūt habē cōionē ⁊ inter nos ⁊ ſecū. Charitas enim
dei diffuſa eſt in cordib᷒ noſtris p ſpiritūſanctuʒ q̄
datus ē nobis. ⁊ q̄r pctīs alienabamur a poſſeſſiōe
bonoꝝ veroꝝ: charitas operit multitudinē pctōꝝ.
Nō enī chriſtus ſpūſcō pctā dimittat: hinc intelligi
pōt q̄ cū dixiſſet diſcipulis: Accipite ſpiritūſanctuʒ
ɔtinuo ſubiecit: Si cui dimiſeritiſ pctā: dimittēt᷑ illi.
Primū itaq̄ʒ credentiū bn̄ficiū eſt ī ſpūſcō remiſſio
pctōꝝ: ɔtra hoc donū gratuitū loq̄t᷑ coꝛ impenitēs.
ipſa ḡ impenitētia ē ſpūſ blaſphemia q̄ nō remittet᷑
neq̄ʒ in h̄ ſclo neq̄ʒ in futuro. Cōtra enī ſpūſanctū
quo pctā dimittūt᷑ vbū valde malū ſiue cogitatiōe
ſiue lingua ſua facit: qui ſm̄ duriciā cordiſ ſui ⁊ coꝛ
impenitēs theſaurizat ſibi irā in die ire. hec oīno im-
penitētia nō hʒ remiſſionē neq̄ʒ in h̄ ſclo neq̄ʒ in fu-
turo: q̄r pnīa impetrat remiſſionē ī h̄ ſclo q̄ erit ī fu-
turo. ſed iſta impnīa q̄diu quiſq̄ʒ ī hac carne viuit:
nō pōt iudicari. de nullo enī deſperādū ē q̄diu pa-
tientia dei ad pnīam adducit. Quid enī ſi iſti quos
in quocūq̄ʒ genere erroꝛis notas: ⁊ tāq̄ʒ deſperatiſ-
ſimos dānas anq̄ʒ iſtā vitā finiāt agāt pnīam: īue-
niāt verā pnīaʒ ī futuro? Hec āt blaſphemia q̄uis
ꝑlixa ⁊ plurib᷒ vbis ɔtexta ſit: ſolet tn̄ ſcriptura eti-
am multa vba verbū appellare. neq̄ʒ enī vnū verbū
locut᷒ ē dn̄s cū ꝓpheta: ⁊ tn̄ legit᷑: Verbū qđ factū
eſt ad illū vel ad illū prophetā. Hic aūt fortaſſis ali-
q̄s q̄rat vtꝝ tn̄mō ſpūſſcūs pctā dimittat: an ⁊ pr̄ ⁊
filius. ipſe enī fili᷒ de pr̄e dic̄: Dimittet vobis pater
vr̄ pctā vr̄a. ⁊ de ſe ait: Fili᷒ hoīs ptātē hʒ ī terra di-
mittēdi pctā. Cur ḡ illa īpenitētia q̄ nūq̄ʒ dimittit᷑:
ſolū ad ſpūſſci blaſphemiā dr̄ ptinē: tāq̄ʒ ille q̄ in h̄
īpenitētie pctō fuerit obligat᷒: dono ſpūſſci reſiſtē
videat᷑ q̄ eo dono fiat remiſſio pctōꝝ. ſed pctā q̄a
ꝑter eccleſiā nō dimittūt᷑ ī eo ſpū dimitti opoꝛtebat
quo ī vnū ecclia ɔgregat᷑. Remiſſio ḡ pctōꝝ quā to-
ta trinitas facit: ꝓpe ad ſpūſcm̄ dr̄ ptinē. ipſe enī ſpi-
ritus adoptiōis filioꝝ in quo clamam᷒ abba pr̄: vt
ei poſſim᷒ dicē: Dimitte nobis debita nr̄a. ⁊ in hoc
ɔgnoſcim᷒ ſic dic̄ iohānes: Qm̄ chriſt᷒ manet ī no-
bis de ſpūſcō quē dedit nobis. Ad ipſuʒ etiā ptinet
ſocietaſ qua efficimur vnū corp᷒ vnici filij dei: quod
ammō ſocietas pr̄is ⁊ filij ē ipſe ſpūſſcūs. quiſq̄s ḡ
reus fuerit impenitētia contra ſpiritūſanctū: in quo
vnitas ⁊ ſocietas cōmunionis cōgregatur eccleſie:
nunq̄ʒ illi remittitur. CHRY. Vel aliter ſm̄ pmā

expoſitionē: Iudei quidē ignoꝛabāt chriſtū q̄s eēt.
ſpūs aūt ſancti ſufficiēs accepeſt experimētū: etenī
ꝓphete p eum locuti ſūt. Qđ ergo dicit hoc ē: Eſto
q̄ me offenditis ꝓpter carnē circūpoſitam: nūquid
⁊ de ſpūſancto habetis dicere: quoniā ignoꝛamus
eum ꝓpter hoc non ignoſcibilis eſt vobis hec blaſ-
phemia: ⁊ hic ⁊ illic dabitis vindictā. quia enī de-
mones eijcere ⁊ ſanitateſ pficere: ſpūſſancti eſt. Nō
ergo mihi cōtumelias infertis ſolū: ſed ſpiritui ſan-
cto: ideoq̄ʒ vobis ineuitabilis erit condēnatio ⁊ hi-
⁊ illic. Etenī hoīm hi quidē hic ſolū puniūt᷑: ſicut q̄
indigni pticipauerūt myſterijs apud coꝛinthios: hi
aūt illic ſolū ſicut diues in inferno: hi aūt hic ⁊ illic
ſicut ⁊ ipſi iudei qui ⁊ hic intolerabilia paſſi ſūt hie-
ruſalē capta: ⁊ ibi difficillimam ſuſtinēt penam.
RABA. In hac autēʒ auctoꝛitate extinguitur he-
reſis Oꝛigenis qui aſſerit poſt multa ſecula omnes
pctōꝛes veniā conſecutoꝛes: que refellit᷑ p hoc qđ
dicitur: q̄ non remittet᷑ neq̄ʒ in hoc ſeculo neq̄ʒ ī fu-
turo. GRE. in dialogo: Datur etiā intelligi quaſ-
dam culpas ī hoc ſeculo: quaſdā vō in futuro rela-
xari. qđ enī de vno negatur de quibuſdā ɔceditur:
ſed tn̄ hoc de paruis minimiſq̄ʒ pctīs fieri poſſe cre-
dendū eſt: ſicut ē aſſidu᷒ ocioſus ſermo: īmoderat᷒
riſus: vl̄ pctm̄ cure rei familiaris que vix ſine culpa
vel ab ipſis agit᷑ q̄ culpam qualit᷑ debeāt declinare
ſciūt: aut in nō grauib᷒ culpis erroꝛ ignoꝛātie: q̄ etiā
poſt moꝛtē grauāt ſi nō in hac vita adhuc poſitiſ mi-
nime fuerint relaxata. Hoc ſciēdū ē q̄r illic ſaltē de
minimis nil q̄ſq̄ʒ purgatōis obtinebit: niſi q̄ hoc bo-
nis actib᷒ in hac vita poſit᷒ vt obtineat ꝓmereatur.

**Aut facite arboꝛē bonā ⁊ fructū
ei᷒ bonū: aut facite arboꝛē malam ⁊
fructū ei᷒ malū. Siquidē ex fructu
arboꝛ agnoſcit᷑. Progenies viparꝝ:
quō poteſtis bona loqui cū ſitis ma-
li? Ex abūdantia enī coꝛdis os loq̄-
tur. Bonus hō de bono theſauro
ꝓfert bona: ⁊ malus homo de ma-
lo theſauro pꝛofert mala.**

CHRY. Poſt pꝛioꝛes redargutiones rurſus eos
aliter confundit. hoc aūt facit nō vt ſeipſū accuſatio-
ne liberet. ad hoc enim ſufficiebant pꝛioꝛa: ſed eos
coꝛrigere volens. vn̄ dicit: Aut facite arboꝛē bonaʒ
⁊ fructū eius bonū: aut facite arboꝛē malam ⁊ fru-
ctū eius malū. Ac ſi dicat: Nullus veſtꝝ dixit q̄ ma-
lum eſt aliquos a demone liberare. ſed quia opib᷒
nō maledicebant: ſed diabolū dicebāt hoc opanteʒ
demōſtrat q̄ hec accuſatio ē ꝑter ɔſequentiā reꝝ ⁊
ꝑter oēs ɔceptiōes. talia aūt ɔfingē ē īmēſe verecū-
die. HIE. Cōſtringit ḡ eos ſylogiſmo quem greci
vocāt a ficton: nos ineuitabilē poſſum᷒ appellare: q̄
īterrogatos hincinde ɔcludit: ⁊ ī vtroq̄ʒ coꝛ īmp̄mit.
Si inq̄t diabol᷒ malus ē: bona opa facere nō pōt.
ſi aūt bona ſūt q̄ facta cernitis: ſequitur vt nō ſit dia-
bol᷒ q̄ illa fecit. neq̄ʒ enī fieri pōt vt ex malo bonū:
aut ex bono oꝛiatur malū. CHRY. Etenī arboꝛis
diiudicatio a fructu apparet: nō fructus ab arboꝛe.

vnde ſequitur: Siquidẽ ex fructu arbor cognoſcit̃
Etſi enĩ arbor fructus ẽ cauſa. ſed tñ fruct⁹ arboris
eſt demõſtratiu⁹: vos aũt contrariũ facitis. In opi/
bus enĩ nihil accuſare hñtes ꝯtrariã de arbore ferti
ſentẽtiã: me demoniacũ appellãtes. HYLA. Sic
ḡ in pñs iudeos refellit: qui cum intelligerẽt chriſti
opa vltra hũanã eſſe ṽtutẽ: noluerũt tñ ea q̃ dei ſũt
ꝯfiteri. futurã ṽo oẽm fidei pũerſitatẽ coarguit: eo/
rũ. ſ. q̃ diuinitatẽ ⁊ cõionẽ paterne ſubſtãtie dño de
trahẽtes in diuerſa hereſũ ſtudia ceciderũt: neutrũ
facientes: nec inter gentes ſub venia ignorãtiõis ha
bitãtes: nec in veritatis cognitiõe verſantes. Arbo/
rẽ ſe in corpe poſitũ ſignat: q꞉ p interiorẽ ṽtutis ſue
fecũditatẽ exeat vbertas hoĩs in fruct⁹: igit̃ arbor
bona facienda cũ fructib⁹ bonis ẽ: aut mala ꝯſtituẽ
da cũ malis fructib⁹: non ꝙ arbor mala poſſit ꝯſti/
tui q̃ bona eſt: nec econuerſo. Sed vt p hanc ſignifi
cantia intelligerem⁹ chriſtũ aut tanq̃ꝫ vtilem relin/
quendũ: aut tanq̃ꝫ bonoꝝ fructuũ vtilitate retinen/
dũ: Ceterũ mediũ ſe agere ⁊ in chriſtũ aliq̃ deferre.
negare q̃ maxima ſũt venerari tãq̃ꝫ deũ: dei cõione
ſpoliare: blaſphemia ſpũs eſt: vt cũ p admirationẽ
tantoꝝ operũ dei nomẽ detrahere non audeas: per
maliuolentiã mentis generoſitatẽ ei⁹ abnegata pa
terne ſubſtãtie cõione deturpas. AVG. õ ver. do.
Vel in hoc admonuit nos dñs vt bone arbores ſi/
mus: ⁊ bonos fruct⁹ ꝑducere poſſim⁹. vbi enĩ ait:
Facite enĩ arborem bonã ⁊ fructũ eius bonũ: eſt p̃
ceptũ ſalubre: cui obedientia eſt neceſſaria. Qđ aũt
dicit: Facite arborem malã ⁊ fructũ ei⁹ malũ. nõ p̃
ceptũ eſt vt faciatis: ſꝫ monitio vt caueatis. Contra
hos enĩ dixit: Qui putabãt ſe cũ mali eſſent: bona lo
qui poſſe. Prius enĩ eſt mutand⁹ hõ vt opa mutẽt̃.
ſi enĩ manet hõ in eo ꝙ malus eſt bona opa habe/
re non põt. ſi manet in eo qđ bonũ eſt: mala opa ha
bere nõ põt. Omnes ḡ malas arbores chriſt⁹ iuenit
ſed dedit ptãtẽ filios dei fieri credẽtibus ĩ noĩe ei⁹.
CHRY. Qui ṽo nõ pro ſeipſo: ſed ꝓ ſpũſancto fa
cit ſermonẽ: eos ꝯuenienter increpat dicens: Pro/
genies vipaꝝ: quõ poteſtis bona loq̃ cũ ſitis mali:
Hoc aũt dixit ⁊ eos incuſans: ⁊ eoꝝ que dicta ſunt
demõſtrationem ex ipſis p̃hens. q. d. Ecce vos cum
ſitis arbores male: nõ poteſtiſ portare fructũ bonũ.
non ḡ miror ꝙ hec loquimi: eteñ male nutriti eſtiſ
a malis ꝓgenitorib⁹ ⁊ mentem malam habetis. Et
vide ꝙ nõ dixit: Qualiter poteſtis bona loqui cum
ſitis ꝓgenies vipaꝝ: Nihil enĩ hoc ad illud ptinet:
ſed q̃liter poteſtis bona loqui cũ ſitis mali: Proge
nies aũt viparũ dixit: q꞉ in ꝓgenitoribus gloribãt̃:
vt ḡ excluderet eoꝝ ſupbiã: ſepauit eos a cognatiõe
abraam: attribuens eis ꝓgenitores ſimilium moꝝ.
Vel ꝓgenies viparum. i. filios ⁊ imitatores diaboli
eos appellat: q꞉ ſcienter bonis opibuſ detrahũt qđ
diabolicũ eſt. vñ ſeq̃tur: Ex abundãtia enim cordis
os loquitur. Ille homo ex abũdantia cordis loq̃t̃:
q̃ nõ ignorat ex qua intentiõe ṽba promant̃: qđ ap
tius oñdere volẽs ſubiũgit: Bon⁹ hõ de bono the/
ſauro ꝓfert bona: ⁊ mal⁹ hõ de malo theſauro pro
fert mala. Theſaur⁹ cordis intẽtio ẽ cogitationis: ex
qua interi⁹ arbiter iudicat ꝓuẽtũ opis: vt aliqñ ma
iora minorẽ habeant mercedẽ: aliqñ ob incuriã cor
dis tepidi: maioꝝ virtutũ opa oſtẽtantes minora a
dño p̃mia ſortiũtur. CHRY. Ex his etiã demon/
ſtrat ſuã deitatẽ ſcientẽ cordis occulta: qm̃ nõ ṽbo/
rum ſolũ: ſed etiã malaꝝ cogitationũ exſoluẽt vin/
dictã. Eſt aũt nature cõuenientia ſupemanantis ne/
quitie ṽba p os extra effundi: quare cũ audieris ho/
minẽ male loquẽtẽ: multo ampliorẽ eſtimes neq̃/
tiã quã verba demonſtrãt. Qđ enĩ exteri⁹ dr̃ ẽ ſup/
effluẽtia eius qđ intus ẽ: in quo eos vehemẽter tã/
git. Si enĩ qđ dictũ ẽ ab eis ita ẽ malũ: excogita ra/
dix verboꝝ q̃ꝫ magna ẽ: Contingit aũt hoc decenĩ.
lingua enĩ confuſa multociens non repente effũdit
nequitiã: cor aũt nullũ hoĩm hñs teſtẽ: ſine timo/
re quecũq̃ꝫ vult parturit mala. dei enĩ nõ multa cu/
ra ẽ ei: ſed cũ auget̃ multitudo maloꝝ que int⁹ ſũt
que interim occultabant̃: extra p verba ꝓrũpunt.
Et iõ dicit: Ex abũdantia cordis os loquit̃. Et ꝙ hõ
de theſauris cordiſ loquitur. HIE. In hoc aũt qđ
dicit: Bonus hõ de bono theſauro ⁊c. Vel ipſos iu/
deos deũ blaſphemãtes oñdit de q̃li theſauro blaſ/
phemiã ꝓferant. Vel cum ſupiori q̃one hereat ſiue
ꝙ quõ nõ poſſit bon⁹ hõ ꝓferre mala nec mal⁹ bo
na: ſic nõ poſſit xp̃s mala nec diabol⁹ bõa opa facẽ.

Dico autẽ vobis: qm̃ omne ver
bũ ocioſuꝫ qđ locuti fuerint hoĩes:
reddẽt rõnẽ de eo in die iudicij. Ex
verbis eniꝫ tuis iuſtificaberis: ⁊ ex
verbis tuis condemnaberis.

CHRY. Poſt p̃miſſa eis dñs multũ timorẽ incu
tit: oñdens ꝙ vltimã dabunt vindictã q̃ talia deliq̃
runt. vñ dicit: Dico enĩ vobis ꝙ omne verbũ ocioſ
qđ locuti fuerint hoĩes: reddẽt rõnẽ de eo in die iu
dicij. HIE. Et eſt ſenſus: Si ocioſũ verbũ qđ neq̃/
q̃ꝫ edificat audientes: nõ ẽ abſq̃ꝫ picula ei⁹ q̃ loqui/
tur: ⁊ ĩ die iudicij reddet vnuſquiſq̃ꝫ rõnẽ ſermonũ
ſuoꝝ: quãtomagis vos q̃ opa ſanctiſpũs calũniami
ni: ⁊ dicitis me in beelzebub eijcere demonia reddi
turi eſtis rõnẽ calũnie veſtre. CHRY. Nõ aũt di
xit: Qđ locuti eſtis vos: ſimul quidẽ omne homi/
erudiens genus: ſimul aũt min⁹ oneroſũ faciẽs ſui
ſermonẽ. Ocioſũ aũt verbũ ẽ qđ mendax eſt: qđ ca
lũniã habet. Quidã aũt dicit: qm̃ ⁊ vanũ quale eſt
qđ riſũ mouet inordinatũ: vel turpe: vel inuerecũ/
dũ. GRE. in ho. Vel ocioſũ verbũ ẽ: qđ aut vtili/
tate rectitudinis: aut rõne iuſte neceſſitatis caret:
qđ. ſ. ſine vtilitate ⁊ loquẽtis dr̃ ⁊ audientis: ſi omiſ
ſis ſerijs de rebus friuolis loq̃mur: ⁊ fabulas narra/
mus ãtiquas. Ceterũ qui ſcurrilia replicat: ⁊ cachin
nis ora diſſoluit: ⁊ aliqđ ꝓfert turpitudinis: hic nõ
ocioſi verbi ſed criminoſi tenebitur reus. REMI.
Ex ſupiorib⁹ aũt verbis adhuc ſequẽs depẽdet ſnĩa
cũ dr̃: Ex ṽbis enĩ tuis iuſtificaberis ⁊ ex verbis tu/
is cõdẽnaberis. Nõ ẽ aũt dubium q꞉ vnuſquiſq̃ꝫ ð
verbis ſuis male q̃ loquit̃ ꝯdẽnabit̃. Veruntamẽ q̃
tēpſerūt: Sed q̇ ſecuti eſtis me. qȯ ꝓpe aploꝝ ē atq̄
credētiū. HYLA. Secuti ſunt q̇dem diſcipl̄i xp̄m
in regeneratōe. i. in lauacro baptiſmi in fidei ſancti
ficatōe. hec. n. illa regeneratio eſt quā apl̄i ſūt ſecuti
quā lex indulgere nō potuit. HIE. Uel alit̄ debet
ↄſtrui: Uos q̇ ſecuti eſtis me: ſedebit[is] i regeneratōe.
i. quādo mortui ex corruptiōe reſurgēt incorrupti:
ſedebitis ⁊ vos in ſolijs iudicātiū cōdēnātes. xij. trib⁹
iſrl̄: quia vobis credētib⁹ illi credē noluerūt. AUG.
xx. de ci. dei: Sic. n. caro nr̄a regenerabit̄ p incorru
ptōem: queādmodū aīa nr̄a regenerabat̄ p fidem.
CHRY. ſup matth. Futurū. n. erat vt i die iudicij
viderēt iudei: Dn̄e nō te cognouim⁹ filiū dei i cor
pe cōſtituti. quis hoīm videre poterat theſauruz in
terra abſcōditū: ſolē nube celatū: Rn̄debūt ergo di
ſcipuli: Et nos homīes fuim⁹ ruſtici ⁊ obſcuri i ple
be: vos ſacerdotes ⁊ ſcribe. ſed i nobis bona volun
tas facta eſt quaſi lucerna ruſticitatis nr̄e: in vobis
aūt malicia facta eſt quaſi caligo ſcīe vr̄e. CHRY.
in home. Propter h̉ aūt nō dixit: Et gētes ⁊ orbem
terraꝝ ſed trib⁹ iſrl̄: qꝛ in eiſdē erāt educati ⁊ legib⁹
⁊ ↄſuetudinib⁹ apl̄i ⁊ iudei. Cū ergo dixerit iudei:
qm̄ pp h̉ nō potuim⁹ credere chriſto: qꝛ lex ꝓhibuit
diſcipuli in mediū inducerent̄ q̇ eādē ſuſcepūt legē
Sed dicet aliq̇s: Quid magnū ꝓmiſit eis: ſi id quod
niniuite habēt et regina auſtri hoc ⁊ ipſi habebūt:
Maxima quidē alia p̄mia ante ⁊ poſt eis ꝓmittit:
ſed ⁊ hic occulte inſinuat aliquid pl⁹ illis. De illiſ. n.
ſimpl̄r dixit: q̄ ſurgēt ⁊ cōdēnabūt generatōez hāc
de his aūt: Cū ſederit fili⁹ hoīs: ſedebitis ⁊ voſ. Ma
nifeſtū eſt ergo q̄ cōregnabūt ⁊ cōmunicabūt i glo
ria illa: honorē. n. ⁊ gl̄iam ineffabilez ſignificat per
thronos. Qualr̄ aūt hec ꝓmiſſio ↄpleta eſt: nūquid
n. ⁊ iudas ſedebit: nequaq̄. Lex. n. a dn̄o poſita eſt
p hieremiā ꝓphetā: loquar ſup gētē ⁊ regnū vt edifi
cem ⁊ plantē illud. ſed ſi fecerit malū in conſpectu
meo penitebo: ⁊ ego de bonis que locut⁹ ſum vt fa
cerē eis. q. d. Si indignos ſeipos ꝓmiſſione faciant
nō adhuc faciā quod ꝓmiſi. Indignū aūt ſeipm̄ p̄n
cipatu iudas oſ̄dit: ⁊ ꝓpter hoc tūc loquēs diſcipu
lis nō ſimpl̄r eiſ ꝓmiſit. neq̄. n. dixit: Uos ſedebitis
ſed adiūxit: Qui ſecuti eſtis m: vt ⁊ hic iudā exclu
dat: ⁊ eos qui poſtea futuri erāt attraheret. nō eniz
ad illos ſolos dictū eſt: neq̄ ad iudā ⁊ iā indignuz
effectū. HYLA. Sequela ergo chriſti apoſtolos
ſup. xij thronos iudicādis. xij. trib⁹ iſrl̄: in. xij. patriar
charū gloriā copulauit. AUG. xx. de ci. dei: Ex hoc
n. loco diſcim⁹ cū ſuis diſcipulis iudicaturū ieſum.
vnde ⁊ alibi iudeis dicit: Ideo iudices veſtri erunt.
nec q̄m ſup. xij. ſedes ſeſſuros eſſe ait. xij. ſolos homi
nes cū ipo iudicaturos putare debemus. Duodena
rio quippe numero vniuerſa quedā ſignificata eſt
iudicantiū multitudo: ꝓpter duas ptes numeri ſe
ptenarij quo ſignificat̄ plerūq̄ vniuerſitas: q̄ due
partes. i. tres ⁊ quatuor altera p alterā multiplica
te. xij. faciūt: alioq̇n quoniā in locuz iude traditoris
apoſtolū mathiā legimus ordinatū: Apoſtol⁹ pau

lus qui plus illis omnib⁹ laborauit: vbi ad iudican
dū ſedeat nō habebit: qui ꝓfecto cū alijs ſanctis ad
numerū iudicū ſe ptinere demōſtrat cū dicit: Ne
ſcitiſ quia angeloſ iudicabim⁹: AUG. in libro de
penitētia: In hoc ergo numero iudicātiū oēs intel
ligunt̄ qui ꝓpter euāgeliū ſua omīa dimiſerūt: ex eo
cum ſunt dn̄m. GRE. x. mo. Quiſquis. n. ſtimulo
diuini amoris excitat⁹ hic poſſeſſa reliquerit: illic p
culdubio culmē iudicarie ptātis obtinebit: vt ſimul
tūc iudex cū iudice veniat: qui nūc ↄſideratōe iudi
cij ſeſe ſpōtanea paup̄tate caſtigat. AUG. xx. d ci.
dei: De ipſis quoq̄ iudicandis in hoc numero duo
denario ſilis cauſa ē. nō. n. quia dictū ē: Iudicātes
xij. trib⁹ iſrl̄: trib⁹ leui que. xiij. ē ab eis iudicāda nō
erit: aut ſolum illum populū: nō etiā gētes ceteras
iudicabūt. CHRY. ſup mattheū: Uel p h̉ q̇d dicit:
Interrogatōe. ꝓmittit chriſt⁹ tp̄s chriſtianitatis fu
turū poſt aſcēſione ſuā quādo. ſ. hoīes regenerant̄
p baptiſmū: ⁊ illud eſt temp⁹ quādo chriſt⁹ ſedet i ſe
de maieſtatis ſue. Et inde quia nō de tp̄e futuri iu
dicij dicit: ſed de vocatōe gentiū vniuerſaꝝ. nō eni
dixit: Cum venerit filius ſup ſedem maieſtatis ſue
ſed Cum ſederit in ſede maieſtatis ſue. Quod ex tūc
fuit ex quo gentes credere ceperūt in chriſtum: ſm
illud pſalmi: Regnabit dn̄s ſup gētes: de⁹ ſedet ſup
ſedē ſanctā ſuā. Et ex tūc apl̄i ſederūt ſuper. xij. thro
nos. i. in omnib⁹ chriſtianis. omis. n. chriſtian⁹ q̇ in
ſcipit verbū petri thron⁹ fit petri: ⁊ ſic de alijs apl̄is
ſedēt ergo apl̄i in his thronis in. xij. ptes diuiſas in
dras aīaꝝ ⁊ diuerſitates cordiū q̄s ſol⁹ de⁹ cognoſc.
Sic. n. iudeoꝝ ppl̄s in. xij. trib⁹ fuit diuiſus: ſic ⁊ vni
uerſus ppl̄s chriſtian⁹ diuidit̄ in. xij. trib⁹ vt q̇dā ani
ſint de tribu ruben: ⁊ ſic de alijs ꝓpter diuerſas vir
tutes. Non eni omēs gratie in omnib⁹ equalr̄ ſunt
ſed vn⁹ p̄cedit in iſta: ali⁹ in illa. Et ſic apoſtoli iudi
cabūt. xij. trib⁹ iſrl̄. i. omēs iudeos: p hoc q̄ verbum
apoſtoloꝝ ē a gentib⁹ receptū. Omēs aūt chriſtiani
ſunt quidē. xij. ſedes aploꝝum: ſed vna ſedes chriſti.
Chriſti. n. oēs virtutes ſūt q̄ſi vna ſedes: qꝛ in ei vir
tute equalr̄ ipe ſol⁹ fact⁹ ē. vnuſq̇ſq̄ aploꝝ i aliquo
bono ſpāli fit pfectior: vt petr⁹ in fide: ⁊ iō petr⁹ ſe
ſcit in fide: ioh̄es in innocētia: ⁊ ſic de alijs. ⁊ q̄ de
retributōe apl̄is in h̉ mūdo dāda chriſt⁹ loq̇t demō
ſtrat qȯ ſequit̄: Et om. q̇ reli. do. vel fra. Sic. n. in h̉ ſe
culo cētuplū recipiūt: ſine dubio ⁊ aploꝝ etiā in h̉
ſeculo merces futura ꝓmittebat̄. CHRY. i home.
Uel diſcipul ꝓmittit futura: qꝛ excelſiores erāt iā et
nihil p̄ntiū querebāt: alijſ aūt que ſūt h̉ repromittit.
ORI. Uel aliter: Si q̇s reliquerit oīa ⁊ ſecut⁹ fue
rit chriſtū que ꝓmiſſa ſunt petro ⁊ ipe recipiet. Si
aūt nō omia reliq̇t: ſed quedā ſpālr̄ refert̄ hic mul
tiplicia recipiet: ⁊ vitā poſſidebit eternā. HIE. Ex
occaſiōe aūt hui⁹ ſnīe q̇dā introducūt mille ānos p⁹
reſurrectōem dicētes: Tūc nobis cētuplū oīm rerū
q̄s dimiſim⁹: ⁊ vitā etnā eē reddēdā: q̄ ſi i ceteris di
gna ſit ꝓmiſſio: i vxorib⁹ appeat turpitudo: vt q̇ vnā
ꝓ dn̄o dimiſerit: cētū recipiat i futuro. Senſus igit̄
iſte ē: Qui carnalia ꝓ ſaluatore dimiſerit: ſpiritalia
recipiet: q̄ ↄpatōe ⁊ merito ſui q̄ſi paruo nūero cente
nari⁹ ↄparet. ORI. Sȝ i h̉ ſclo qꝛ p frib⁹ carnalib⁹
multos īuenīet fr̄es ſm fidē: ſic ⁊ pentes oēs ep̄os
⁊ preſbyteros ⁊ filios oēs etatem filioꝝ habentes.

Sūt aūt ⁊ angeli fratres ⁊ ſorores oēs: q̄ exhibuerīt
ſe chriſto v̄gines caſtas tam iſte q̄ nūc hn̄t in t̄ris: q̄
ille q̄ iam veniūt in celis. Agros aūt ⁊ domos mlti
plices intellige in regē padiſi ⁊ ciuitate dei: ſup hec
aūt oīa poſſidebūt vitā eternā. AVG. xx. de ci. dei:
h̄ etiā qḋ h̄ dr̄: Cētuplū accipiet. exponēs quodam
modo apl's ait: q̄ſi nihil h̄ntes ⁊ oīa poſſidētes. Cē
tū. n. p ipa vniuerſitate ponit̄ aliqn̄. HIE. q aūt
dicit: Et oīs q̄ reli. fra. cōgruit illi ſnīe q̄ dixerat: Ue
ni ſepare hoīem a pr̄e ſuo. Qui. n. pp fidē chriſti ad
p̄dicatōem euāgelii oēs affect⁹ cōtēpſerit atq̄ diui
tias ⁊ ſcl'i voluptates: iſti cētuplū accipiēt: ⁊ vitā et̄
nā poſſidebūt. CHRY. in ho. Cū aūt dicit. Qui re
li. vxorē. nō h̄ ait vt ſimplr̄ nuptie diuellāt̄ ſed vt oī
b⁹ pferam⁹ fidei pietatē. Uidet̄ aūt mihi ⁊ pſecutōis
tp̄s occulte inſinuare. qꝛ. n. multi futuri erāt filios
ad impietatē trahētes: cū h̄ acciderit: neq̄ p pr̄ibuſ
neq̄ p viris habeāt̄. RABA. Uel qꝛ multi virtu
tū ſtudia nō eadē q̄ incipiūt intētiōe pietatis ꝯſum
māt: ſed vel tepeſcūt vel accelerare labūt̄. Sequitur
Mul. aūt erūt p̄mi no. ⁊ no. p̄mi. ORI. Per h̄ ex
hortat̄ eos qui nup accedūt ad v̄bū diuinū: vt feſti
nēt ad pfectū aſcēdere p multis q̄ videt̄ ſenuiſſe i fi
de. Pōt etiā hic ſenſus deſtruere eos q̄ gloriāt̄ eo q
chriſtianis parētib⁹ ſunt enutriti in ipa chriſtianita
te: neq̄ puſillanimes fiāt q chriſtianitat dogmata
nouiſſime recepint. Habet etiā aliū itellectū vt ſint
p̄mi iſrl'ite q̄ facti ſunt nouiſſimi pp infidelitatē: gē
tes aūt nouiſſimi p̄mi. Caute aūt dicit: Multi. nō eī
oēs p̄mi erūt nouiſſimi: nec oēs nouiſſimi p̄mi. Ad
huc aūt multi hoīm q̄ nā nouiſſimi ſūt efficiūt̄ p vi
tā angelicā q̄buſdā angel' ſupiores: ⁊ q̄dā angeli q̄
fuerūt p̄mi facti ſunt nouiſſimi pp culpā. REMI.
Pōt etiā ſpāl'r referri ad triſticiā diuitiſ q̄ p̄m⁹ vide
bat̄ legis p̄cepta iplēdo: ſꝫ qꝛ t̄renā ſubſtātiā p̄tulit
deo: nouiſſim⁹ fact⁹ ē. Facti apl'i nouiſſimi videbāt̄
ſꝫ relinq̄ndo oīa p hūilitatē graꝫ facti ſunt p̄mi. Sūt
ēt pl'imi q̄ p⁹ ſtudia bonoꝝ opū a bonis opib⁹ defi
ciūt: ⁊ cū fuerīt p̄mi: fiūt nouiſſimi. CA. XX.

Jmile eſt regnū celoꝝ hōi
patrifamilias: q exijt p̄mo
mane cōducere oparios in
uineā ſuā. Cōuētiōe aūt facta cum
oparijs ex denario diurno: miſit eoſ
in uineā ſuā. Et egreſſus circa horā
tertiā uidit alios ſtātes in foro ocio
ſos: ⁊ dixit illis: Jte ⁊ uos in uineā
meā: ⁊ qḋ iuſtū fuerit dabo uobis.
Jlli aūt abierūt. Jterū aūt exijt cir
ca ſextā ⁊ nonā horā: ⁊ fecit ſimilit̄.
Circa undecimā uero exijt ⁊ inuenit
alios ſtantes: ⁊ dicit illis: Quid hic
ſtatis tota die ocioſi? Dicūt ei: quia
nemo nos cōduxit. Dicit illis: Jte
⁊ uos in uineā meā. Cū ſero aūt fa
ctū eſſet: dicit dn̄s uinee pcuratori
ſuo: Uoca oparios: ⁊ redde ill' mer
cedē: incipiēs a nouiſſimis uſq̄ ad
p̄mos. Cū ueniſſent ergo qui circa
undecimā horā uenerāt: acceperūt
ſingulos denarios. Uenientes aūt ⁊
p̄mi arbitrati ſunt: q plus eſſent ac
cepturi. Acceperūt autē ⁊ ipſi ſingu
los denarioſ. Et accipiētes murmu
rabant aduerſus patrēfamiliaſ dicē
teſ: Hi nouiſſimi una hora fecerūt
⁊ pares illos nobiſ feciſti: qui porta
uimus pōdus diei ⁊ eſtus? At ille
reſpōdēs uni eoꝝ dixit: Amice nō
facio tibi iniuriā. Nōne ex denario
cōueniſti mecū? Tolle quod tuū eſt
⁊ uade. Uolo aūt ⁊ huic nouiſſimo
dare: ſicut ⁊ tibi: Aut nō licet mihi
quod uolo facere? An oculus tuus
nequā eſt: quia ego bon⁹ ſum. Sic
erūt nouiſſimi p̄mi: ⁊ primi nouiſſi
mi. Multi enim ſunt uocati: pauci
uero electi.

REMI. Quia dixerat dn̄s: Multi erūt p̄mi no
uiſſimi ⁊ nouiſſimi p̄mi: vt hāc ſniam ꝯfirmarꝫ ſub
iūxit ſilitudinē dicēs: Si. eſt reg. ce. ho. prifamilias.
CHRY. ſup matth. Hō prifamilias chriſt⁹ ē: cui ce
li ⁊ terra q̄ſi vna ē domus. familia aūt celeſtiū ⁊ t̄re
ſtriū ⁊ inferioꝝ creaturaꝝ: vinea aūt ei⁹ iuſticia ē: in
q̄ diuerſe ſpēs iuſticiaꝝ poſite ſūt q̄ſi vites. puta mā
ſuetudo: caſtitas: patiētia: cetereq̄ v̄tuteſ: q̄ oēſ gnāl'r
iuſticia appellāt̄: hoīes āt vinee cultoreſ ponūt̄. vn̄
dr̄: Qui ex. p. ma. cō. ope. i vi. ſuā. De⁹. n. iuſticiā ſuaꝫ
dedit i ſēſib⁹ nris. nō pp ſuā vtilitatē: ſꝫ pp nrāꝫ. Sci
tote g̊ qꝛ mercenarīj ſum⁹ ꝯducti. Sic̄ g̊ nemo iō cō
ducit mercenariū vt h̄ ſolū faciat q māducat: ſic ⁊
nos nō iō vocati ſum⁹ a x̄po vt h̄ ſolū opemur q̄ ad
nr̄m ptinēt vſū: ſꝫ ad gl'iaꝫ dei. ⁊ ſic̄ mercenari⁹ pus
aſpicit op⁹ ſuū: deīde quotidianū cibū: ſic ⁊ nos de
bem⁹ aſpicē q̄ ad gl'iam dei ptinēt: deīde q̄ ad nrām
vtilitatē. Et ſicut mercenari⁹ totā diē circa dn̄i op⁹
impēdit: vnā autē horā circa ſuū cibū: ſic ⁊ nos om
ne temp⁹ vite noſtre debem⁹ impēdere circa gloriaꝫ
dei: modicā aūt ptē circa vſus nrōs terrenos. Et ſic̄
mercenari⁹ diei q̄ op⁹ nō fecerit: erubeſcit intrare in
domū ⁊ petere panē: quō tu nō ꝯfūderiſ itrare in ec
cleſiā ⁊ ſtare ante ꝯſpectū dei: q̄n nihil bonū i ꝯſpe
ctu dei geſſiſti? GRE. i ho. Uel prifamilias. i. cōdi
tor noſter habet vineā vniuerſam. ſ. eccl'iaꝫ que ab
abel iuſto vſq̄ ad vltimū electuꝫ q̄ in fine mūdi na
ſcitur⁹ eſt quot ſanctoſ ptulit q̄ſi tot palmites miſit.
Ad erudiēdā aūt dn̄s plebē ſuā quaſi ad excolendā

vineā ſuā nullo tpe deſtitit oparios mittere: quia ꝛ
ꝑus ꝑ patres: ꝛ poſtmodū per legis doctores: dein
de ꝑ ꝓphās: ad extremū vero ꝑ apoſtolos q̄ſi ꝑ ope
rarios in vinee cultū laborauit: q̄uis ī quolibꝫ mo
dulo vel mēſura quiſquis cū fide recta bone actōis
extitit: hui⁹ vinee opari⁹ fuit. ORI. Totuꝫ aūt hoc
ſeculū pn̄s vnū diē dicere poſſum⁹: magnū quidem
q̄tū ad nos: modicū autē q̄tū ad dei vitā. GRE.
in home. Mane aūt mūdi fuit ab adā vſqꝫ ad noe.
Et ideo dr̄: Qō exijt primo mane cōducere oparios
in vineā ſuā: ꝛ modū cōductōis ſubiūgit dicēs: Cō
uen. aūt fa. cū ope. ex dena. diurno. ORI. Salutiſ
aūt arbitror nomē eſſe denariū. REMI. Denari⁹
.n. dicit qui antiquit⁹ pro. x. nūmis imputabat: ꝛ fi
gurā regis habet. Recte ergo ꝑ denariū deſignatur
obſeruati decalogi ꝑmiū. pulchre ergo dicit: Cōuē
tione facta ex denarijs diurnis. quia vnuſquiſqꝫ in
agro ſancte eccleſie ꝑ ſpe future remuneratōnis la
borat. GRE. Tertia vero hora a noe fuit vſqꝫ ad
abraam: de qua dr̄: Et regreſſus circa horā tertiā vi
dit alios in foro ſtātes ocioſos. ORI. Forꝫ aūt ē
q̄cq̄d ē ex̄ vineā. i. ex̄ ecclīā xpi. CHRY. ſuꝑ matt.
In hoc. n. mūdo vendēdo ꝛ emendo viuūt homies
ꝛ inuicem ſibi fraudē faciētes: vitā ſuam ſuſtētant.
GRE. Qui aūt ſibi viuit qui carnis ſue voluptati
bus paſcit recte ocioſus arguit: qꝛ fructū diuini
opis nō ſectat. CHRY. ſuꝑ matth. Uel ocioſi ſūt
peccatores: illi. n. mortui dicit. ocioſus autē eſt qui
op⁹ dei nō operat. Uis ergo nō eſſe ocioſus: nō ali
ena tollas: ꝛ de tuis des: ꝛ opat⁹ es in vinea dn̄i mi
ſericordie vitē colēs. Sequit: Et dixit ill̄: Ite ꝛ vos
in vineā meā. Nota ꝙ ſolis ꝑmis cōuenit ſpāl̄r da
re denariū. alios aūt ſub incerto pacto conduxit di
cens: Qō iuſtū fuerit dabo vobis. Sciēs. n. domin⁹
qꝛ ꝑuaricatur⁹ fuerat adā: ꝛ omēs poſtmodū in di
luuio erāt perituri: certū fecit pactū ad eū: ne q̄ndo
dicat ſe neglexiſſe iuſticiā: qꝛ neſciebat que ꝑmia fu
erat receptur⁹. Iſtis aūt nō fecit pactū: quia tantuꝫ
parat⁹ eſt retribuere: q̄tū mercenarij recipe nō ſpa
bant. ORI. Uel oparios tertie hore nō inuitauit
ad totū op⁹. quicquid aūt poterūt opari: ſuo arbitro
reſeruauit. Poterāt. n. eq̄le op⁹ facere in vinea eiſ qui
ex mane ſunt opati quicunqꝫ in tpe breui volebant
operantē virtutē ad op⁹ extēdere: que ante non fue
rat opata. GRE. Sexta quoqꝫ hora eſt ab abraaꝫ
vſqꝫ ad moyſen. Nona eſt a moyſe vſqꝫ ad aduentū
domini. vnde ſequit: Iterū aūt exijt circa ſextam ꝛ
nonā horā ꝛ fecit ſimil̄r. CHRY. ſuꝑ mattheum:
Ideo aūt ꝯiūgit ſextā ꝛ nonā: quia in ſexta ꝛ nona
generatōem vocauit iudeorū: ꝛ frequētauit cū hoī
bus diſponere teſtamēta quaſi diffinito ſalutis ꝯ
tpe iam appropiquāte. GRE. Undecima v̄o hora
eſt ab aduētu dn̄i vſqꝫ ad finē mūdi. Opator ḡ māe
hora tertia ſexta ꝛ nona antiqu⁹ ille ꝛ hebraic⁹ ꝑpl̄s
deſignat qui in electis ſuis ab ip̄o mūdi exordio dn̄
recta fide deū ſtuduit colere quaſi nō deſtitit in vi
nee cultura laborare: ad vndecimā v̄o gētiles vocā
tur. vnde ſequit: Circa vndecimā v̄o exijt ꝛ inuenit
alios ſtātes: ꝛ dixit ill̄: Quid hic ſtatis tota die ocio
ſi? Qui eni trāſacto tam lōgo mūdi tpe ꝑ vita ſua la
borare neglexerāt: quaſi tota die ocioſi ſtabāt. ſꝫ pē
ſate quid inquiſite rñdeāt. Sequit eni: Dicūt ei: q̄a

nemo nos cōduxit. Nullus quippe ad eos patriar
cha: nullus ꝓpheta ad eoſ venerat. ꝛ quid eſt dicere
Nemo noſ cōduxit: niſi vite nobis nemo viā ꝑdica
uit? CHRY. ſuꝑ mattheū: Que eſt eni conductio
noſtra ꝛ cōductōis merces? ꝑmiſſio vite eterne. gē
tes eni ſole: neqꝫ deū ſciebāt neqꝫ dei ꝑmiſſa. HI
LA. Hi igit mittūt ad vineā. vnde ſequit: Dixit eis:
Ite ꝛ vos in vineā meā. RABA. Poſtqꝫ aūt ope
ris diurni ratio reddita eſt ad remuneratōis temp⁹
opportunū dicit: Cū aūt ſero factū eſſet. hoc ē cū
dies toti⁹ mūdi ad veſpam cōſummatōis inclinata
eſſet. CHRY. ſuꝑ mattheū: Cōſidera quia ſero nō
alio mane mercedē reddit: ergo adhuc ſtāte ſeculo
iſto iudiciū eſt futurū: ꝛ vnicuiqꝫ merces ſua reddē
da. ꝛ hoc ꝓpter duas rōes. Prima eſt: quia ip̄a bea
titudo futura eſt merces iuſticie: ideo nō ī illo ſe
culo fit iudiciū ſed ante illud. Deinde ante aduētū
diei illi⁹ ꝑmittit iudiciū: ne videāt pctōres diei illi⁹
beatitudinē. Sequit: Dicit dn̄s ꝓcuratori ſuo. i. fili
us ſpūiſancto. GLO. Uel ſi voluerit dicit pater
filio: qui. ſ. pater opat ꝑ filiū ꝛ fili⁹ ꝑ ſpūſanctū: nō
ꝓpter aliquā differētiā ſubſtātie dignitat. ORI.
Uel dicit dn̄s ꝓcuratori ſuo. i. alicui angeloꝝ q̄ ſuꝑ
mercedes retribuendas eſt poſitus: ſiue alicui ex
multis ꝓcuratorib⁹ ſm ꝙ ſcptū eſt: Sub curatorib⁹
ꝛ tutorib⁹ eſſe heredē in tpe quo puul⁹ ē. REMI.
Uel dn̄s ieſus chriſt⁹ ipſe eſt paterfamilias ꝛ vinee
ꝓcurator: ſicut ꝛ ipſe eſt ꝛ oſtium ꝛ oſtiarius. Ipſe
eni eſt ventur⁹ ad iudiciū vt vnicuiqꝫ reddat ſm ꝙ
geſſit. Uocat ḡ oparios ꝛ reddit illis mercedem: qꝛ
oēs cōgregabūt in iudicio: vt vnuſquiſqꝫ accipiat
ſm opa ſua. ORI. Primi aūt oparij teſtimonium
habētes ꝑ fidē nō accepūt dei ꝑmiſſionē ꝑ nobis
aliquid meli⁹ ꝓſpiciēte patrefamilias: vt nō ſine no
bis ꝑficiāt. Et quia miam cōſecuti ſum⁹ ꝑmi merce
dē ſperam⁹ accipe q̄ ſum⁹ chriſti: poſt nos aūt q̄ an
te nos opati ſunt. ꝛ ideo dr̄: Uoca oparios ꝛ redde
illis mer. ſuā: inci. a nouiſ. vſqꝫ ad ꝑmos. CHRY.
ſuꝑ matth. Semꝑ eni libēti⁹ aliq̄d dam⁹ illis q̄bus
gratis donam⁹: qꝛ ꝑ ſolo noſtro honore donamus.
Ergo omnib⁹ ſanctis de⁹ reddēs mercedē iuſt⁹ oſtē
dit: gētib⁹ aūt dn̄s miſericors: dicēte ap̄lo: Gentes
aūt ſuꝑ miam honorare deū. ꝛ ideo dr̄: Incipiēs a
nouiſſimis vſqꝫ ad ꝑmos. Aut certe vt oſtdat deus
ineſtimabilē miam ſuā ꝑmū nouiſſimis ꝛ indigno
rib⁹ reddit mercedē: poſtea ꝑmis. nimia eni mia ē
dinē nō aſpexit. AVGV. de ſpū ꝛ littera: Uel ꝗ
velut ꝑores repitūt minores: qꝛ minores dilati ſūt.
Sequit: Cū veniſſent aūt qui circa vndecimā horā
venerāt. GRE. Eundē denariū accipiūt q̄ labora
uerūt ad vndecimā quē expectauerūt toto deſide
rio qui laborauerūt ad ꝑmā: qꝛ equalē vite retribu
tōem ſortiti ſunt cū his qui ab initio mūdi vocati
fuerāt hi q̄ in fine mūdi ad deū venerūt. CHRY.
ſuꝑ matth. Nō aūt iniuſte: nā ꝛ qui in ꝑma pte ſe
culi natus eſt: ꝛ non amplius vixit q̄ꝫ ſtatutū tem
pus vite ꝛ quid illi nocuit ſi poſt illi⁹ exitū mundus
ſtetit? ꝛ qui circa finem naſcitur non minuſ viuit
q̄ꝫ dies qui numerati ſunt eis. ꝛ quid illis ꝓdeſt ad
compendiū laboris ſi cito mūdus finitur cū penſum
vite ſue compleāt ante mūdum. Deinde nō eſt i ho
mine quādo naſcit ꝑus aut poſtea: ſed ꝑtātis diuine

Nec ille quidē ſibi priorē debet locū defendere: qui
ꝑus natꝰ eſt: nec ille ɔtēptibilior debet eſſe q̄ poſtea
Sequit̄: Et acci. murmu. aduer. patrēfa. dicētes. Si
aūt verū ē quod dicimꝰ: quia ꝑmi ꝛ poſteriores tp̄s
ſuū vixerūt ꝛ nō ampliꝰ neq̄ minꝰ: ꝛ vnicuiq̄ morſ
ſua cōſummatio ipiꝰ: q̄d eſt qd̄ dicūt: Portauimuſ
pondꝰ diei ꝛ eſtꝰ. q. ſ. magna eſt nobis virtꝰ ad faci
endā iuſticiā cognoſcere ꝓpe eſſe finē mūdi. Unde
ꝛ chriſtꝰ nos armās dicebat. Appropinq̄bit regnū
celoꝝ. Illis aūt infirmatio erat ſcire mūdi ſpacia eē
longiqua. Quis ergo nō ꝑ omne ſeculum vixerit: tn̄
totiꝰ ſeculi grauamina ꝑtuliſſe videt̄: aut podꝰ toti
us diei dicit oneroſa legis mādata: eſtū aūt vꝯtē er
roris tētatōem quā cōflabāt ſpūs maligni ī eos ad
emulatōem gentiū eos irritātes: a q̄bꝰ oībꝰ gētiles li
beri extiterūt chriſto credētes: ꝛ ꝑ compēdiū grē ad
plenū ſaluati. GREGO. Uel pondꝰ diei ꝛ eſtus
ferre ē ꝑ lōgioris vite tp̄a carnis ſue calore fatigari.
Sed pōt q̄ri quomodo murmurare dicti ſunt q̄ ad
regnū vocant̄: celoꝝ eteni regnū nullꝰ q̄ murmurat
accipit: nullꝰ q̄ accipit murmurare pōt. CHRY. ī
home. Nō aūt oꝫ eā que ī parabol' ſūt ſm̄ totū qd̄
dr̄ īueſtigare: ſed ītētōem ꝓpter quā cōpoſita eſt in
telligere: ꝛ nihil vltra ſcrutari. Nō ergo inducit h̄
vt oſtēdat aliquos eē inuidia morſos: ſed vt oſ̄dat
hos tāto potitos eē honore ꝙ ꝛ inuidiā aliis pote
rant generare. GREGO. Uel quia antiqui p̄rēs
vſq̄ ad aduētū dn̄i q̄ntūlibet iuſte vixerāt: ducti ad
regnū nō ſunt eoꝝ hocipm̄ murmuraſſe. Nos autē
qui ad vndecimā venimꝰ poſt laborē nō murmura-
mus: q̄ poſt mediatoris aduētū in hoc mūdo veni-
entes ad regnū ducimur mox vt de corpe eximus.
GLO. Uel omis retro vocatio gētilibꝰ inuidet: ꝛ
in euāgelii torquet̄ grā. HYLA. Et ſm̄ inſolentiā
populi iam ſub moyſe ɔtumacis hoc murmur opā
tum eſt. Sequit̄: At ille reſpōdēs vni eoꝝ dixit: A-
mice: nō facio tibi iniuriā. REMI. Per hūc vnū
pōt intelligi omēs qui ex iudeis crediderūt: quos a-
micos ꝓpter fidē nominat. CHRY. ſup mattheū:
Nō aūt dolebāt quaſi defraudati de mercede ſua:
ſed quia illi ampliꝰ q̄ merebāt̄ acceperāt. Sic. n. do-
lent inuidi quādo alteri aliquid addit̄ quaſi eis ſub
ſtrahat̄. ex quo patet ꝙ ex vana gloria naſcit̄ īuidia
Ideo. n. dolet eē ſecūdꝰ: quia deſiderat eē p̄oꝛ: et iō
inuidie motū remouet dicēs: Nōne ex denario cō
uenisti mecū? HIE. Denariꝰ figurā regis habꝫ. Re
cepiſti ergo mercedē quā tibi ꝓmiſerā: hoc eſt ima-
ginē ꝛ ſimilitudinē meā: q̄d queris ampliꝰ? ꝛ nō tā
ip̄e plꝰ accipe q̄ alium nihil accipe deſideras. Tolle
qd̄ tuū eſt ꝛ vade. REMI. i. recipe mercedē tuā: ꝛ
vade in gloriā. Uolo aūt ꝛ huic nouiſſimo. i. gētili
populo dare ſm̄ meritū: ſicut ꝛ tibi. ORI. Forſitā
aūt ade dicit: Amice nō facio tibi iniuriā: nōne ex
denario cōuenisti mecū? tolle quod tuū eſt ꝛ vade
Tuū eſt ſalꝰ qd̄ eſt denariꝰ. Uolo aūt vt huic nouiſ
ſimo dare ſicut ꝛ tibi: nō incredibil'r pōt q̄s arbitra
ri hūc nouiſſimū eſſe ap̄lm paulū: q̄ vna hora opa-
tus eſt: ꝛ ſil'r omēs qui ante eū fuerunt. AVG. de
ſancta virgi. Quia vero ip̄a vita eterna ꝑiter erit om
nibꝰ ſanctiſ eq̄lis denariꝰ oībꝰ ē arbitratꝰ q̄ ē omniū
merces. q̄ v̄o in ip̄a vita eterna diſtincte fulgebūt lu
mina meritoꝝ: multe māſiōes ſunt apud p̄rēm: ac ī
denario quidē impari nō viuet aliue ꝓlixius. in m'
tis aūt māſiōibꝰ honorat̄ a liꝰ alio clarius. GRE.
Et quia ip̄a regni ꝑceptio eiꝰ eſt bonitas volūtatis
recte ſubiūgit̄: Aut nō licꝫ mihi qd̄ volo face. Stul
ta. n. eſt queſtio homīs cōtra bonitatē dei murmu
rare. Conquerēdū quippe eſſet nō ſi dat qd̄ nō de
bet: ſed ſi non daret qd̄ deberet. vnde apte ſubditur:
Aut oculꝰ tuꝰ neq̄ eſt: quia ego bonꝰ ſum. REMI.
Per oculū. n. vult intentōem intelligi. Iudei nāq̄
neq̄ habuerūt oculū. i. intentōem malā: q̄ de ſalu-
te gentiū dolebāt. ad quid aūt ſenſus huius ꝑabole
tēdat. manifeſtat cū ſubdit̄: Sic erūt ꝑmi nouiſſimi
ꝛ nouiſſimi ꝑmi: eo. ſ. ꝙ iudei de capite vertātur in
caudā: ꝛ nos de cauda mutamur ī caput. CHRY.
ſup matth. Aut ideo ꝑmos dicit nouiſſimos: et no-
uiſſimos ꝑmos nō vt nouiſſimi digniores ſint q̄ ꝑ
mi: ſed vt coequēt̄ ꝛ nulla ſit inter eos differētia tē
ꝑis cauſa. Qd̄ aūt dicit: Mul. ſunt vo. pau. ve. electi
Nō ad ſuꝑiores ꝑtinet ſed ad gētes: q̄n ex ip̄is gēti
bus q̄ multi vocati ſunt: pauci ſunt eligēdi. GRE.
Ad fidē. n. plures veniūt: ꝛ ad celeſte regnū pauci ꝑ
ducūt̄: pleriq̄. n. deū vocibꝰ ſequūt̄: moribꝰ fugiunt
Ex hoc ergo duo pēſare debemus. Primū eſt vt de
ſe q̄ſq̄ minime ꝑſumat: q̄ ꝛſi iā ad fidē vocatꝰ ē: vtrū
ad regnum eligēdꝰ ſit neſcit. Secūdū v̄o eſt vt vnuſ-
quiſq̄ ꝓximū ſuū quē iacere in vitiis cōſpicit: deſpa
re nō audeat: quia diuine miē diuitias ignorat. Ut
aliter: Mane noſtrū puericia eſt. hora tertia adole-
ſcētia intelligi pōt: quia quaſi iam ſol in altū ꝓficit:
dū calor etatis creſcit. Sexta aūt iuuētꝰ eſt: q̄ velut
in cētro: ſol figit̄ dum in ea plenitudo roboris ſo-
lidat̄. Nona autē ſenectꝰ intelligit̄: in qua velut ſol
ab alto axe deſcēdit: quia etas a calore iuuētutiſ de
ficit. Undecima v̄o ē ea etas: q̄ decrepita l' veterana
vocat̄. CHRY. in home. ꝙ aūt nō omēs ſimul cō
duxit: ſed alios mane: alios hora tertia: ꝛ ſic de aliis
ex differētia mētis eoꝝ ꝓceſſit. Tūc. n. eos vocauit:
quādo erāt obituri. nam ꝛ latronē vocauit: quādo
obiturꝰ erat. Si aūt dicāt: quia nemo noſ cōduxit: ſi
cut dictū eſt: Nō oportet oīa ſcrutari q̄ in ꝑabolis
ſunt. Itē hoc nō dicit dn̄s ſed oparii. ꝙ. n. ip̄e omēs
q̄ntū ad ſe ꝑtinet a ꝑma etate vocet ſignificat̄ cū dr̄:
Exiit ꝑmo mane oparios cōducere. GRE. Qui er
go vſq̄ ad vltimā etatē deo viuere neglexerūt: vſq̄
ad horā vndecimā ocioſi ſteterūt: ꝛ tamē tales pa
terfamilias vocat: ꝛ plerūq̄ ante remunerātur: q̄a
ꝑus ad regnū de corpe exeūt: q̄ hi qui modo in pue
ricia vocati eſſe videbant̄. ORIGE. Nō aūt dice
tur: Quid hic ſtatis tota die ocioſi: his qui ſpū inſi-
piētes carne ɔſumūt̄: ſi poſtea regredi volūt vt iterꝫ
ſpū viuāt: qd̄ nō dicimꝰ diſſuadētes ne ad domum
paternā reuertāt̄: laſciui filii qui viuendo luxurioſe
euāgelice doctrine ſubſtātiā ɔſumpſerūt. Sed q̄n
nō ſiles ſunt eis qui peccauerūt in iuuētute ſua dū
nō adhuc didiciſſent que fidei erāt. CHRY. ī ho.
Qd̄ aūt dicit: Erūt ꝑmi nouiſſimi ꝛ nouiſſimi ꝑmi.
eos occulte īſinuat q̄ a ꝑncipio claruerūt: ꝛ poſtea
virtutē ɔtēpſerūt: et rurſus eoſ q̄ a malicia reducti
ſunt ꝛ multos ſupexceſſerūt. Cōpoſita eſt ergo hec
ꝑabola vt eos audiores facēt: q̄ ī vltīa ſenectute cō
uertunt̄: ne eſtimarēt ſe minꝰ aliq̄d habituros.

Et aſcēdens ieſus hieroſolymā

aſſumpſit duodeci diſcipulos ſecre
to: ⁊ ait illis: Ecce aſcendimꝰ hiero
ſolymam: ⁊ filius hominis tradet̃
p̃ncipibus ſacerdotũ ⁊ ſcribis: ⁊ cõ
demnabunt eum morte: ⁊ tradent
eum gentibus ad illudenduꝫ: et fla
gellandum: ⁊ crucifigẽdũ: ⁊ tertia
die reſurget.

CHRY. in home. Dominꝰ a galilea veniẽs nõ re
pẽte hieroſolymam aſcẽdit: ſed p̃us miracula fecit:
phariſeos cõfutauit: ⁊ diſcipulos de vite pfectõe et
remuneratõe inſtruxit: nũc aſcẽſurꝰ hieruſalẽ: rurſꝰ
eis de paſſiõe loquit̃. vnde dr̃: Et aſcẽ. ie. hiero. aſſũ.
duode. diſci. ſecreto. ORI. In. xii. adhuc erat et iu
das. adhuc. n. forſitan dignꝰ erat cũ aliis ſeorſũ audi
re q̃ paſſurꝰ erat mgr̃. CHRY. ſup matth. Oĩs aũt
ſalꝰ hoĩm in chriſti morte poſita eſt: nec ẽ aliq̃d ꝓpt̃
qđ magis deo grãs agere debeamꝰ: q̃ꝫ ꝓpter morteꝫ
ipſiꝰ. Ideo. xii. aplĩs in ſecreto mortiſ ſue annũciauit
myſteriũ: qꝛ ſemp p̃cioſioꝛ theſaurꝰ in melioribꝰ vaſ
includit̃. Si aũt alij audiſſent paſſionẽ chriſti futu
rã: viri forſitã turbarẽt̃ ꝓpter ĩfirmitatẽ fidei: ⁊ mu
lieres ꝓpter molliciẽ ſue nature: et q̃ in tali negocio
ad lachrymas excitãt̃. CHRY. in ho. Dictũ ẽ q̃dẽ
⁊ ad multos: tñ occulte ſicut ibi: Soluite tẽplũ: ⁊ ſi
gnũ nõ dabit̃ ei: niſi ſignũ ione ꝓphete. Diſcipulꝭ ãt
manifeſte expoſuit dicẽs: Ecce aſcẽdi. hieroſolymã.
CHRY. ſup matth. Nõ dicit: Ecce ↄſtãtie ſmõ eſt:
vt memorie p̃ñtie hꝰ in cordibꝰ recõdãt. Dicit auteꝫ:
Aſcẽdamꝰ. ac ſi. d. Videte quia voluntarie vado ad
mortẽ. Cũ g̊ viderit me in cruce pẽdẽtẽ ne eſtimet
me hoĩem eẽ tñ: nã ↄ ſi poſſe mori hoĩſ ẽ: velle tamẽ
mori: hoĩs nõ ẽ. ORI. Hoc igit̃ ↄſiderãtes ſcire de
bemꝰ: qm̃ frequẽter etiã cogñſcẽtes qm̃ ⁊ tentatões
aliq̃s ſubituri ſumꝰ: nos ipos offerre debemꝰ: ſed ſu
pra dictũ ẽ: Si q̃s vos pſecutꝰ fuerit in vna ciuitate
fugite in aliã. ſapiẽtis in chriſto eſt: vt ↄgnoſcat q̃le
tp̃s exigit declinatõnem: q̃le obuiatõnem piculorũ.
HIE. Crebro aũt de paſſiõe ſua diſcipulꝭ dixerat:
ſed qꝛ multis in medio diſputatis poterat labi de me
moria qđ audierãt: iturꝰ hieroſolymã: ⁊ ſecũ ductu
rus aplos ad tẽtatiõem eos parat: ne cũ veniat pſecu
tio ⁊ crucis ignominia ſcãdalizent̃. CHRY. ſuper
matth. Tribulatio. n. cũ ſupuenerit expectãtibꝰ no
bis leuioꝛ inuenit̃ q̃ꝫ eẽt futura ſi repẽtina veniſſet.
CHRY. in ho. Predicit etiã eis vt diſcãt: qm̃ p̃ns
ad paſſiõem venit ⁊ volẽs. ſed a p̃nꝰ q̃dẽ mortẽ p̃di
xit eis ſolã: qm̃ aũt exercitati ſunt adducit alia. ſ. qm̃
tradidit eũ gẽtibꝰ. RABA. Tradidit. n. iudaſ dñꝫ
iudeis: ⁊ ipi tradiderũt eũ gẽtibꝰ. i. pilato ⁊ ptãti ro
manoꝝ. Iõ aũt dñs ĩ mũdo noluit ꝓſpari ſꝫ grauia
pati: vt oñdẽt nobis q̃ ad delectatõem cecidimꝰ: cuꝫ
q̃ amaritudine redire debeamꝰ. vñ ſeq̃t̃: Ad delu. et
fla. ⁊ crucifigẽdũ. AVG. xviij. de ci. dei: Paſſione
oñdit q̃d ſuſtinẽꝫ ꝓ veritate: reſurrectõe q̃d ſpare in
trinitate debeamꝰ. vñ dicit: Et ter. di. re. CHRY. i
ho. Que q̃dẽ hꝰ gr̃a dixit: vt cũ triſtia viderint: reſur
rectõeꝫ expectarẽt. vñ ſubdit: Et ter. di. re. AVG.

.iiii. de ci. dei: Vna. n. mors. ſ. ſaluatoris ſm corpus
duobꝰ mortibꝰ nr̃is saluti fuit. ſ. aĩe ⁊ corpis: et vna
eiꝰ reſurrectio duas nobis reſurrectões pſtitit. Hoc
aũt rõ ſimplici ad duplũ: ↄtinet q̃dẽ a t̃nario numero
vnũ q̃ppe ⁊ duo tria ſunt. ORI. Hic aũt nõ refe
runt̃ diſcipuli dixiſſe aut feciſſe aliq̃d: cũ audiſſent ti
ſtia hec chriſto futura recordãtes q̃ dñs dixit ad pe
trũ: ne audiãt talia vel peiora. ⁊ nũc q̃dẽ q̃ diuinas
lrãs ſcire ſe arbitrãt̃ ſcribe: ↄdẽnãt ieſuꝫ morte ⁊ lin
guis ſuis flagellãt: ⁊ crucifigũt eũ ꝑ hoc ꝙ tollẽ vo
lũt doctrinã ipſiꝰ. Ille autẽ paululũ deficiẽs: ſurgit
apparẽs his qui acceperũt poſſe videre.

Tũc acceſſit ad eũ mr̃ filioꝝ zebe
dei cũ filijs ſuis adorãs ⁊ petẽs ali
q̃d ab eo. Qui dixit ei: Quidvis?
Ait illi: dic ut ſedeãt hi duo filij mei
unꝰ ad dextrã tuã: ⁊ unꝰ ad ſiniſtraꝫ
ĩ r̃gno tuo. R̃ñdẽſ ãt ieſꝰ dixit: Ne
ſcitis quid petatis. Poteſtis bibere
calicẽ quẽ ego bibiturꝰ ſũ? Dicit ei
poſſumꝰ. Ait illis: Calicẽ q̃dẽ meũ
bibetis: ſedere aũt ad dextrã meam
uel ſiniſtrã nõ eſt meũ dare uobis:
ſed quibꝰ paratũ eſt a patre meo.

HIE. Quia pꝰ oĩa dixerat dñs: Et tcia die reſurg
putauit mlr̃ pꝰ reſurrectõem illico regnatuꝝ: ⁊ auı
ditate feminea: p̃ñtia cupit: ĩmemoꝛ futuroꝝ. vñ dr̃.
Tũc acceſ. ad eũ mr̃ fili. zebe. cũ fi. ſuis. CHRY. ſup
matth. Hec mr̃ filioꝝ zebedei ẽ ſalome: cuiꝰ apud al
teꝝ euãgeliſtã ponit̃ nomẽ vere pacifica: q̃ vere filı
os genuit pacis. Magna laus mulieris ex hoc loco
colligit̃. qꝛ nõ ſolũ filij reliq̃runt prẽm: ſed ipa reliq
rat viꝝ ſuũ: ⁊ ſecuta fuerat chriſtũ. qꝛ iſſe ſine illa vi
uere poterat: iſta aũt ſine chriſto ſalua eẽ nõ poterat
niſi forte q̃s dicat: qꝛ infra tempꝰ vocatõis aploꝝ ⁊
paſſiõis chriſti: mortuꝰ eſt zebedeꝰ: ⁊ ſic illa ſecuta fra
gilis etate defecta: chriſti veſtigia ſequebat̃. qꝛ fides
nunq̃ꝫ ſeneſcit: ⁊ religio fatigatõnem nõ ſentit. Au
dacẽ aũt fecerat eã ad petẽdũ nature affectꝰ. vñ dr̃.
Adorãs ⁊ petẽs aliq̃d ab eo. i. reuerẽtia exhibita pe
tit vt qđ petierit ſibi det̃. Seq̃t̃: Qui dixit ei: q̃d vis
Nõ introgat q̃ſi neſciẽs: ſed vt illa exponẽte manife
ſtũ faceret irrõnabilẽ eẽ petitõem. vñ ſubdit: Ait il
li: Dic vt ſedeãt hi duo filij. AVG. de cõ. euã. Hic
aũt hoc ꝑ mrẽm dictũ eſſe matthẽꝰ expſſit: marcus
ipos filios zebedei phibet dixiſſe: cũ illa illoꝝ volun
tatẽ attuliſſet ad dñm: vnde magis ipos q̃ illam di
xiſſe quod dictũ ẽ: marcꝰ breuit̃ intimauit. CHRY.
in home. Videbãt. n. ſeipos honoratos ꝑ aliis: ⁊ au
dierãt: ꝙ ſup. xij. thronos ſedebitis. vnde p̃matũ ipıꝰ
cathedre petebãt accipe. Et ꝙ q̃dẽ plꝰ aliis honoris
apud chriſtũ habebãt nouerãt: timebãt vero petrũ
ſibi p̃ferri. vnde ⁊ aliꝰ euãgeliſta dicit: ꝙ qꝛ ꝓpe erãt
hieruſalẽ: putabãt ꝙ regnũ dei eſſet in ianuis. i. ali
quid ſenſibile. Vnde manifeſtũ eſt ꝙ nihil ſpũale
petebãt: nec intelligẽtiã ſupioris regni habebant.
ORI. Si. n. in regno mũdiali in honore eſſe volũ

tur qui ſedēt cū rege: nō fuit mirū ſi mulier muliebri
ſimplicitate vel impitia talia ſe debere petere eſtima
uit: ⁊ ipſi fratres adhuc impfecti: ⁊ nihil altiꝰ cogitā
tes de regno chriſti talia arbitrati ſunt de his qui ſe
debūt cū ieſu. CHRY. ſup matthe. Uel aliter: Nō
dicimꝰ ꝙ recte peteret hec mulier: ſed hoc dicimus:
quia nō terrena ſed celeſtia filijs ſuis optabat. non
.n. ſentit ſicut cetere matres que corpa natoꝝ ſuorū
amāt: animas aūt cōtēnūt. deſiderāt illos valere in
ſeculo iſto: ⁊ nō curāt qd ſint paſſuri in illo: vt oñ-
dant quia corpū ſunt parētes: nō animarū. Eſtimo
aūt ꝙ hi fratres cum audiſſent dñm de paſſione ac
reſurrectōe ſua ꝓphetātē: ceperūt dicere intra ſe cū
cēnt fideles: Ecce rex celeſtis deſcēdit ad regna tar-
tarea: vt regē mortis deſtruat. Cum aūt victoria fu
erit ↄſūmata: quid aliō reſtat: niſi vt regni gloria
ſubſequat. ORI. Deſtructo ei peccato qō regna
bat in corpibꝰ mortalibꝰ hominū ⁊ omni ꝑncipatu
malignaꝝ virtutū: eminētiā chriſti in hōibꝰ chriſtus
recipit: quod eſt ipm ſedere in ſede glorie ſue. ꝙ aūt
omia deꝰ facit ad dextrā ⁊ ſiniſtrā: hoc eſt vt iā nul
lum malū ſit ante eū. ⁊ qui quidē ꝑcellūt ꝑ ceteris
appropiquātibꝰ chriſto: ſunt a dextris eiꝰ: qui autē
inferiores ſunt a ſiniſtris ſunt eius. Dextrā aūt chri
ſti vide ſi pōt intelligere inuiſibilē creaturā: ſiniſtrā
aūt viſibilē ⁊ corpalē. Appropiquātiū .n. chriſto q̄-
dā dextrā ſortiūt vt intelligibilia: alij ſiniſtrā vt ſen-
ſibilia. CHRY. ſup mattheū: Qui aūt ſeipm dona
uit hōibus: quomodo regni ſui ſocietatē nō dona-
bit: Petētis negligētia rephēdit: vbi de dātis miſe
ricordia dubitat. Si nos rogamꝰ magiſtrū: forſitan
ceteroꝝ fratrū corda cōcutimꝰ. Etſi .n. vinci a carne
nō pñt quaſi iam ſpiritales: tamē percuti pñt quaſi
adhuc carnales. ergo ſubmittamꝰ matrem nrām: vt
ſuo noīe depcet pro nobis. Si .n. rephēſibilis inuen
ta fuerit: facile merebit veniā: ipe .n. ſexꝰ excuſat errorē
Si aūt nō fuerit importuna: faciliꝰ impetrabit mat
pro filijs ſuis rogās. Ipe .n. dominꝰ qui mrīnos ani
mos filioꝝ miſeratōe impleuit: faciliꝰ exaudiet mat
nū affectū: tūc dominꝰ occultoꝝ cognitor nō ad ver
ba intercedētis mulieris reſpōdit: ſed ad cōſilia ſug
gerētiū filioꝝ. Bonū quidē erat eoꝝ deſideriū: ſꝫ in-
cōſiderata petitio. ideo ⁊ſi impetrare nō debeāt: ſim
plicitas tamē petitōis eoꝝ cōfundi nō merebat: qꝛ
de amore dñi talis petitio naſcebat: ꝓpterea ſolam
ignorātiam in eis dñs rephēdit. vnde ſequit: Reſpō
dēs aūt ie. di. Neſci. qd petatis. HIERO. Nec mi
rum ſi iſta arguat: cū ⁊ de petro dicat: Neſciēs qd
diceret. CHRY. ſup mattheū: Nam frequēter do
minꝰ patit diſcipulos ſuos aliquid nō recte aut di-
cere aut agere aut cogitare: vt ex illoꝝ culpa occaſi
onē inueniat exponēdi regulā pietatis: ſciēs quia
error eoꝝ nō nocet pñte mgro: ⁊ nō ſolū i preſenti:
ſed etiā in futuro doctrina eiꝰ edificat. CHRY. in
home. Hoc aūt dicit oñdēs ꝙ vel nihil ſpiritale pe
tebāt: vel ſi nouiſſent q̄ petebāt: nō auſi fuiſſent tm̄
qd petere qō ſupexcedit ſupiores vtutes. HYLA.
Neſciūt etiā qd petāt: qꝛ nihil de gloria aploꝝ ābi-
gēdū erat: iudicaturos .n. eos ſmo ſupior expoſuit.
CHRY. ſup mat. vel Neſcitis qd petatis. q. d. Ego
vos vocaui ad partē dextram de ſiniſtra: ⁊ vos vrō
cōſilio curritis ad ſiniſtrā: ideo forſitā ꝑ mulierē res

agebat. Cōtulit .n. ſe diabolꝰ ad cōſueta arma muli
eris: vt ſicut adā ꝑ mulierē ſpoliauit: ita ⁊ iſtos ſepa
raret ꝑ mrēm. ſed iam nō poterat ꝑ mulierē pitto i-
troire in ſanctos: ex quo de muliere ſalꝰ cūctoꝝ ꝓceſ
ſit. Uel ideo dicit: Neſcitis qd petatis. Nō .n. ſolū
debemꝰ cogitare qualē gliam ſeqmur: ſed quō eua-
damꝰ ruinā peccati: qꝛ ⁊ in ſeculari bello q̄ ſemꝑ de
ꝑda victorie cogitat difficile vicit: ideo petēdū erat
Da nobis auxiliū grē tue vt omne malū vincamus
RABA. Neſciebāt etiā quid peterēt: qꝛ ſedē glo
rie a dño quā nōdū merebāt inquirūt. Delectabat
eos culmē honoris: ſed ꝑus hēbāt exercere viam la
boris. vñ ſubdit: Po bi. cali. quē ego bibi. ſū. HIE.
Calicē in ſcpturis diuinis paſſiōem intelligimꝰ: vt
in pſalmo: Calicē ſalutaris accipiā. ſtatimq; infert
quis iſte ſit calix: Precioſa in cōſpectu dñi mors ſā
ctoꝝ eius. CHRY. ſup mattheū: Sciebat aūt dñs
qꝛ paſſiōem ipiꝰ poterāt imitari: ſed iō interrogat vt
oēs audiamꝰ: qꝛ nemo pōt cū chriſto regnare: niſi
paſſiōem chriſti fuerit imitatꝰ: res .n. ꝑcioſa niſi ꝑcio
nō cōpat. Paſſiōem aūt dñi dicimꝰ nō ſolū pſecu-
tōem gentiliū: ſed oēm violētiā quā patimur cōtra
peccata certātes. CHRY. in home. Dicit g̊: Pote
ſtis bibere. Ac ſi. d. Uos mihi de honore ⁊ coronis
loqmini: ego aūt de agonibꝰ vobis ⁊ ſudoribꝰ. non
.n. hic eſt ꝑmioꝝ tps. Ex modo aūt interrogationis
eos attrahit. nō .n. dixit: Poteſtis ſanguinē vrm ef-
fundere: ſed Poteſtis bibere calicem. Deide addit:
Quē ego bibiturꝰ ſum. REMI. Ut ex cōmunione
ad ipm audiores fiāt: at illi qui iā martyrij liberta
tem cōſtantiāq; retinebāt: bibituros ſe pollicēt. vñ
ſequit: Di. ei poſſumꝰ. CHRY. ſup matthe. Uel di
cūt hoc nō tā ex fiducia ſue fortitudinis q̄ ignorā
tia: In expertis .n. leuis videt eſſe tētatio paſſionis et
mortis. CHRY. in home. Uel hoc ex deſiderio ꝓ-
mittūt. Neq; .n. hoc dixiſſent niſi expectaſſent audi
re qō petebāt. Dñs aūt eis ꝓphetat magna bona. i.
martyrio dignos efficiēdos. Sequit: Ait il. Cali. qui.
me. bibetis. ORI. Nō itaq; rñdit chriſtꝰ: Calicem
meū bibere poteſtis: ſed ad futurā eoꝝ ꝑfectiōem re
ſpiciens dixit: Calicē qdē meū bibetis. HIERO.
Querit aūt quō calicē martyrij filij zebedei: iacobꝰ
videlꝫ ⁊ iohānes biberit: cū ſcriptura narret iacobū
tm̄ aplm ab herode capite trūcatū: iohēs aūt ꝓpria
morte vitā finierit. Sed ſi legimꝰ in eccleſiaſtica hi-
ſtoria ꝙ ipe iohēs ꝓpter martyriū ſit miſſus i ferue
tis olei doliū ⁊ relegatꝰ i pathmos inſulā ſit: videbi
mus martyrio aīm nō defuiſſe: ⁊ bibiſſe iohannem
calicē ↄfeſſiōis: quē ⁊ tres pueri i camino ignis bi
berūt: lꝫ pſecutor nō fuderit ſanguinem. HYLA.
Dñs g̊ collaudās eoꝝ fidē ait: martyrio qdē eos cō
pari poſſe: ſed leue eiꝰ ac dextre aſſidē alijs a deo pa
tre fuiſſe diſpoſitū. vñ ſeqt: Sede. aūt ad dex. meam
Et qdē q̄tū arbitramur: ita honor iſte alijs ē reſua
tus: ꝙ tñ nec apli ab eo erūt alieni: q̄ i. xij. pīarchaꝝ
ſede ↄſidētes: iſraelē iudicabūt. ⁊ q̄tū ſentire ex ipſ
euāgelijs lꝫ: i regno celoꝝ moyſes ⁊ helias aſſidebūt
qbꝰ comitātibꝰ cū glie ſue habitu i monte apparuit
HIE. Sꝫ mihi hᵒ neq̄q̄ videt: ſꝫ iō ſedētiū i regno
celoꝝ vocabla nō dicūt ne pauci noīati ceteri putarēt
excluſi. regnū .n. celoꝝ nō eſt tm̄ dātis: ſed accipiētiū.
Nō ē ꝑſonarū acceptio apud deū: ſed quicūq; talē

ſe prebuerit vt regno celoꝝ dignus fiat: hic accipiet quod nõ perſone: ſed vite paratũ eſt. Si itaqꝫ tales eſtis qui cõſequamini regnũ celoꝝ quod pater meꝰ victoribꝰ pparauit: vos quoqꝫ accipietis illud. Ideo tamen non dixit: Non ſedebitis. ne duos confunderet: neqꝫ Sedebitis. ne ceteroſ irritaret. CHRY. in home. Uel aliter: Uidet̃ cõmunis omnibꝰ eſſe locus ille nõ ſolũ hominibꝰ: ſed etiã angelis. ſic enim pcipuũ vnigeniti ponit id paulꝰ dicẽs: Ad quẽ autẽ angeloꝝ dixit vnq̃: Sede a dextris meis. Dominꝰ ḡ non quaſi exiſtẽtibꝰ quibuſdã qui aſſeſſuri ſunt: ſed condeſcẽdens interrogantiũ ſuſpitiõi reſpõdit. hoc enim vnũ ſolũ querebãt pre alijs ſtare apud ipſum. Sed dominꝰ reſpõdꝫ: Moriemini quidẽ ꝓpter me non tamẽ hoc ſufficit vos facere pmũ ordinẽ obtinere. Si. n. aliquis aliꝰ venerit cũ martyrio: ampliorem virtutẽ poſſidẽs: nõ quia vos amo illũ expellã: ⁊ vobis dabo primatũ. Propter hoc aũt vt nõ ĩfirmus eẽ oſtẽdat̃: nõ dixit ſimplr̃: Nõ eſt meũ dare ſed Non eſt meũ vobis dare: ſed quibꝰ paratũ eſt. his. ſ. qui ab operibꝰ poſſunt fieri clari. ORIGE. Uel aliter: Non eſt meũ dare vobis. i. ſupbis talibꝰ quales vos eſtis: ſed humilibꝰ corde: quibꝰ paratum ẽ a patre meo. AVGV. primo de trini. Uel aliter Scd̃m formã ſerui diſcipulis dominꝰ reſpõdet: Sedere autẽ ad dextrã ⁊c̃. Quod autẽ paratũ eſt a patre eiꝰ: ⁊ ab ipo filio ẽ paratũ: q2 ⁊ ipe ⁊ pr̃ vnũ ſunt.

**Et audiẽtes decẽ indignati ſunt de duobꝰ fratribus. Jeſus autẽ uocauit eos ad ſe ⁊ ait: Scitis quia pncipes gentiũ dominant̃ eorũ: ⁊ qui maiores ſunt poteſtatẽ exercẽt iter eos. Non ita erit inter uoſ. Sed q cunqꝫ uoluerit int̃ uos maior fieri: ſit ur̃ miſter. Et q uoluerit int̃ uos pmꝰ eẽ: erit ur̃ ſuꝰ. Sicut filꝰ hominis nõ uenit miniſtrari ſed miniſtrare: ⁊ dare animã ſuam redemptionẽ pro multis.**

CHRYSOS. in homel. Donec chriſti ſententia incerta erat nõ triſtabant̃ alij diſcipuli: ſed tunc triſtati ſunt quãdo eos increpauit. vnde dicit̃: Et audiẽtes. x. indignati ſunt de duobꝰ fratribus. HIE. Non ad mulieris audaciã referũt poſtulãtiſ: ſed ad filios qꝫ ignorãtes ꝑ menſurã ſuam nõ modica cupiditate exarſerũt. CHRY. in homel. Intellexerũt eni quia hec petitio diſcipuloꝝ fuit quãdo eos dominus increpauit. Quãdo autem eos a domino ꝓhonoratos viderũt in trãſfiguratõe: ⁊ ſi ſcd̃m mentẽ dolebãt: in mediũ efferre nõ audebãt honorãteſ doctorem. CHRY. ſuper mattheũ: Sicut autẽ duo carnaliter petierũt: ita ⁊. x. carnaliter cõtriſtati ſũt. nam velle quidẽ eſſe ſuper omnes vitupabile eſt: ſuſtinere aũt aliũ ſuper ſe minꝰ eſt glorioſum. HIE. Humilis autẽ magiſter ⁊ mitis nec cupiditatis duos arguit poſtulãtes: nec. x. reliquos indignatõnis increpat ⁊ liuoris. vnde ſequit̃: Jeſus autẽ vocauit eos ad ſe. CHRY. in home. Quia. n. turbati erant: vocatõne eos ꝯſolat̃ de ꝓpinquo eis loquẽdo. eteni duo a ſocietate. x. ſeipos ſepantes ꝓpius ſtabãt: ſeorſum domino loquẽtes: nõ tamẽ ſicut pus pueros i mediũ ducẽs eos cõſolat̃: ſed a cõtrario inſerunt dicens: Scitis quia pncipes gentiũ dominãtur eoꝝ. ORIGE. i. nõ cõtenti tm̃ regere ſuos ſubiectos: violẽter eis dominari nitũtur: inter vos aũt q̃ eſtis mei nõ erũt hec. qm̃ ſicut omnia carnalia in neceſſitate ſunt poſita: ſpiritalia aũt in volũtate: ſic ⁊ qui pncipes ſunt ſilr̃ ſpiritales: pncipatꝰ eoꝝ in dilectione ſubditoꝝ debet eſſe poſitus: nõ in timore corpali. CHRY. in home. Oſtẽdit aũt in hoc qꝫ gẽtile ẽ primatus cupere: ⁊ ſic gentiũ cõpatõe eoꝝ aiam eſtuãtem cõuertit. CHRY. ſuper mattheũ: Et opꝰ q̃dem deſiderare bonũ: bonũ eſt: quia nr̃e volũtatis et nr̃a eſt merces. pmatũ autẽ honoris cõcupiſcere vanitas eſt: hoc. n. cõſequi iudiciũ dei eſt: ꝓpter qḋ et pmatu honoris neſcimꝰ ſi mercedẽ iuſticie meremur. Neqꝫ. n. apl̃s laudẽ habebit apud deũ q̃a apl̃s fuit: ſed ſi opꝰ apl̃atus ſui bene impleuit: nec apl̃s ꝑ merito ſuo antecedẽti honoratꝰ eſt vt eſſet apl̃s: ſed ad hoc miniſteriũ aptus eſt iudicatꝰ ſcd̃m moniaic ſuc. Primatꝰ ⁊ fugiẽtem ſe deſiderat: ⁊ deſiderãtẽ ſe honorat. cõuerſatio ergo melior deſiderãda eſt: nõ dignior gradus. Volẽs ergo dominꝰ duoꝝ fratrũ zebedei ⁊ alioꝝ indignatiõem extinguere: introducit differentiã inter pncipes mũdiales ⁊ eccleſiaſticos oſtendẽs quia pmatꝰ in chriſto nec ab aliquo appetendꝰ eſt nõ habẽte: nec alteri inuidẽdus eſt habẽti quia pncipes mũdi ideo ſunt vt dominẽtur minoribus ſuis: ⁊ eos ſeruituti ſubijciãt ⁊ expoliẽt: ⁊ vſqꝫ ad mortẽ eis vtant̃ ad ſuam vtilitatẽ ⁊ gl̃iam. Pncipes aũt eccleſie ſiũt vt ſeruiãt minoribꝰ ſuis: ⁊ miniſtrent eis quecũqꝫ acceperũt a chriſto: vt ſuas vtilitates negligãt ⁊ illoꝝ pcurẽt: ⁊ mori nõ recuſent ꝓ ſalute inferiorũ. Primatũ ergo eccleſie cõcupiſcere neqꝫ iuſtũ eſt neqꝫ vtile. Quid. n. ſapiẽſ vult vltro ſe obijcere ſeruituti ⁊ piculo tali: vt det ratõnem ꝓ omni eccleſia: niſi forte qui nõ timet dei iudicium abutẽs pmatu ſuo eccleſiaſtico ſeculariter: ita vt cõuertat illũ in ſecularẽ. HIE. Deniqꝫ ſui põit exẽplũ vt ſi dicta puipẽderẽt erubeſcerẽt ad opa. vñ ſubdit Sicut filꝰ ho. non ve. mini. ſed miniſtrare. ORI. Nã ⁊ ſi angeli ⁊ martha miniſtrauerũt ei: tñ nõ ideo venit vt miniſtret̃ ſed vt miniſtret: ⁊ tãtũ creuit miniſtrãs: vt impleret̃ qḋ ſeq̇t̃: Et daret aiam ſuã redẽptõem ꝓ multis. ſ. q̇ crediderũt in eũ: daret inquam in mortẽ. Sed qm̃ ſolus erat inter mortuos liber ⁊ fortior omni poteſtate mortis: omnes ſequi ſe volẽtes liberauit a morte. Eccleſiaꝝ ergo pncipes imitari debẽt chriſtũ acceſſibilẽ: ⁊ mulieribꝰ loquẽtem: ⁊ pueris manꝰ imponẽtẽ: ⁊ diſcipulis pedes lauãtem vt ipi ſilr̃ faciãt fratribꝰ. Nos aũt tales ſumꝰ vt etiã pncipũ mũdi excedere videamur ſupbiã: vel nõ intelligẽtes ⁊ cõtẽnẽtes mãdatũ chriſti: ⁊ querimus ſicut reges acies precedẽtes: ⁊ terribiles nos ⁊ exceſſu difficiles maxime paupibꝰ exhibemꝰ: nullã affabilitatem habentes: vel habere ad nos permittentes. CHRYSO. in homel. Quantũcunqꝫ ergo tu humiliatus factus: non poteris tantũ deſcẽdere q̃tum dominꝰ tuus.

¶ Et egredíētib⁹ illis ab hierico ſecuta ē eū turba multa. Et ecce duo ceci ſedētes ſec⁹ viā: audierūt qꝛ ieſus trāſiret: ꝛ clamauerūt dicētes: Dñe miſerere nr̄i fili dauid. Turba autē increpabat eos ut tacerent. At illi magis clamabant dicētes: Dñe miſerere nr̄i fili dauid. Et ſtetit ieſus: ꝛ uocauit eos ꝛ ait: Quid uultis ut faciam uobis? Dicūt illi: Dñe ut apiantur oculi nr̄i. Miſert⁹ aūt eoꝝ ieſus tetigit oculos eoꝝ. Et cōfeſtim uiderūt: ꝛ ſecuti ſunt eum.

CHRY. ſup matth. Sicꝫ teſtimoniū ſtudioſi agricole ē meſſis fecūda: ita aſſidui doctoris ē pdicādo eccl'a plena. vñ ꝛ h̄ dr̄: Et egre. il. ab hieri. ſecu. eſt eū tur. mul. Neminē labor itineris īpediuit: qꝛ amor ſpiritual' fatigatōem nō ſentit. Neminē poſſeſſionuꝫ ſuaꝝ recordatio retraxit: qꝛ ingrediebāt̄ in poſſeſſionē regni celeſtis. Vere eñi nō hꝫ ſup terrā qđ amet: q̄ bonū celeſte ī v̄itate guſtauerit. Opportune āt oblati ſūt añ facieꝫ chriſti duo ceci: vt aptis oculis q̄ſi teſtes v̄tutis aſcēderēt cū eo ī hierl'm. vñ ſeq̄t̄: Et ecce duo ceci. Hi currētiū ſtrepitū audiebāt ꝛ pſonas nō videbāt: nihil ſolutū hñtes de toto corpe niſi vocem. Et iō qꝛ pedib⁹ eū ſeq̄ nō poterant: voce ſequebant̄. vñ dr̄: Audi. qꝛ ieſus trāſ. ꝛ clama. dicen. Dñe miſe. nr̄i fili dauid. AVG. de cō. euā. Hoc aūt ſcḿ marc⁹ ꝯmemorat: ſꝫ de vno ceco ſcḿ. Que ita ſoluitur q̄ſtio. nā duoꝝ cecoꝝ quos matthe⁹ interpſouit: vnū fuiſſe ī illa ciuitate famoſiſſimū: ex h̄ ſatis apparet q̄ ꝛ nomē ei⁹ ꝛ p̄rīſ ei⁹ marc⁹ ꝯmemorauit. Bartimē⁹. n. timei fili⁹ ex aliq̄ magna felicitate deiect⁹ notiſſime fuit q̄ nō ſolū cec⁹: veꝝ ēt mēdic⁹ ſedebat. Hic ē ḡ q̄ ipm ſolū voluit ꝯmemorare marc⁹: cui⁹ illuminatio tā clarā famā huic miraculo ꝯpauit: q̄ erat illi⁹ nota calamitas. Lucas v̄o q̄uis oīo eodē mō ſcḿ: tñ in alio ceco ītelligēd⁹ eſt paꝝ ꝯmemorare miraculū. Jlle q̄ppe hoc ſcḿ dīc: cū appropiq̄ret hiericho: alij cū egredeñt ab hierico. Seq̄t̄: Tur. aūt icre. eos vt tacerēt. CHRY. ſup matth. Videbant eñi ſordidas veſtes: ꝛ nō ꝯſiderabāt ꝯſcīe claritatē. Ecce fatua ſapīa hōīū: exiſtimāt eñi iniuriā pati magnos ſi a paupib⁹ honorēt̄. Quis eñi paup auſus ē diuitē publice ſalutare? ORIGE. Vel ſilētiū ñ cā honoris exigūt: ſꝫ q̄ acerbe a cecis audiūt qđ negabāt. ſ. dñm eē dauid filiū. CHRY. Vel q̄ crediderāt icrepabāt eos: vt nō appellarēt eū ꝯtēptibili nomine filiū dauid: ſed poti⁹ dicerēt: Filii dei miſerere nr̄i. HYLA. Jmitabant̄ aūt magis vetiti quā ꝯpeſcebāt: fides eñi q̄ñ vetat̄ magl' accēdit̄. ꝛ iō ī piculis ſecura ē: ꝛ ī ſecuritate piclitat̄. vñ ſeq̄t̄: At illi magl' cla. dicē. Miſ. no. fili dauid. Primo eñi clamabāt: qꝛ ceci erāt. Secūdo magis clamabāt: qꝛ vetabant̄ ad lumē accedē. CHRY. ī ho. Chriſt⁹ autē pmittebat eos vetari: vt pl⁹ eoꝝ deſideriū appareret. Hic āt diſce: q̄ñ ſi abiecti fuerim⁹ cū ſtudio accedētes ad deū: p noſipſos aſſeq̄mur qđ petim⁹. Seq̄t̄: Et ſte. ie. ꝛ vo. eos ꝛ ait: Quid vul. vt fa. vo. HIER. Jđ autem ſtetit ieſus: qꝛ ceci quo pgerēt ignorabāt. Multe fouee erāt in hierico: multe rupes: ꝛ p̄rupta in pfūdū vergētia: iccirco dñs ſtat: vt venire poſſint. ORIG. Vel ieſus nō ptranſit: ſed ſtat: vt ſtāte eo nō tranſfluat bñficiū: ſed q̄ſi de fonte ſtāte: miſericordia defluat vſq̄ ad eos. HIERO. Vocari āt iubet ne turbe phibeāt: ꝛ interrogat q̄d velint: vt ex ꝯfeſſione eoꝝ māifeſta debilitas appareat: ꝛ v̄tus ex remedio cogſcat̄. CHRY. ſup matthe. Vel iterrogabat ppter fidē: vt du ceci chriſtū filiū dei ꝯfitent̄: ꝯfundant̄ videtes qui eū tñ hoīem putant. Dñm q̄dem chriſtū vocauerāt: ꝛ veꝝ dixerāt. Sed dicētes filiuꝫ dauid: diſſipabāt qđ bñ ꝯfeſſi ſunt: nā abuſiue ꝛ homines dñi dicunt̄: vere aūt nemo dñs niſi de⁹. Cū ḡ dicūt: Dñe fili dauid: abuſiue chriſtū ſm hoīem honorāt. Si aūt ſolūmō dñm dicerēt: deitatē ꝯfiterēt̄. iō iterrogat: Quid vultis: Tūc illi iā ñ dixerūt: Dñe fili dauid: ſed tñ Dñe. Seq̄t̄ eñi: Dicūt illi: Dñe vt apiant̄ oculi nr̄i. Fili⁹ eñi dauid cecos illuminare nō pōt. Quādiu ergo dixerūt: Dñe fili dauid: ſuſpenſa eſt ſanitas. Mox aūt vt dixerūt Dñe: infuſa eſt ſanitas. Seq̄t̄ eñi: Miſer. aūt eoꝝ ieſus teti. ocu. eo. ꝛ cōfe. vide. Tetigit autē vt hō carnaliter: ſanauit vt de⁹. Preſtat eñi artifex qđ natura non dederat: aut certe quod debilitas tulerat miſericordia donat. CHRY. in ho. Hi aūt ſicut añ donationē fuerūt perſeuerātes: ita ꝛ poſt donatōem nō fuerūt ingrati. CHRY. ſup matth. Bonū eñi mun⁹ obtulerūt xp̄o ſanati. Seq̄t̄ eñi: Et ſecuti ſūt eū. Hoc eñi de⁹ a te requirit ſꝫ pphetā: ſolicitū te ambulare cū dño deo tuo. HIERO. Qui ḡ in hierico cōtracti ſedebāt ꝛ clamare tñ nouerat: poſtea ſequūt̄ ieſum: nō tā pedib⁹ q̄ꝫ virtutib⁹. RABA. Hierico aūt q̄ iterpretatur luna: defectū nr̄e mutabilit[illegible] ſignificat. ORIGE. Myſtice aūt hierico ītelligit̄ mūd⁹ ī quo chriſtus deſcēdit. Qui aūt ſūt in hierico exire neſciūt de ſapīa mūdi: niſi viderīt nō ſolū exeūtē de hierico: ſꝫ etiā diſcipulos ei⁹. Hoc ḡ vidētes: ſecute ſūt eū turbe multe: mūdū ꝛ mūdana oīa ꝯtēnētes: vt xp̄o duce aſcēdāt in hieruſalē celeſtē. Duos cecos poſſum⁹ dicere iudā ꝛ iſrael: qui añ chriſti aduētū ceci fuerūt: qꝛ nō videbāt v̄bū veꝝ qđ erat in lege ꝛ pphetis: tñ ſedētes ſec⁹ viā legl' ꝛ pphaꝝ: ꝛ ſꝫ carnē tñ itelligētes: clamabāt tñ ad eū q̄ ſcūs eſt ex ſemīe dauid ſꝫ carnē. HIERO. Vel duos cecos pleriq̄ phariſeos ꝛ ſaduceos itelligūt. Vel aliť: Duo ceci ſedentes iuxta viā: ſignificat de vtroq̄ pp'lo quoſdā iā cohberentes p fidē diſpēſationi tpali: ſm q̄ꝫ chriſt⁹ via eſt: ꝛ deſiderātes illuminari. i. aliq̄d de v̄bi eternitate intelligē: qđ trāſeūte dño ipetrare cupiebāt. i. per meritū fidei q̄ credit̄ filius dei ꝛ nat⁹ hō ꝛ paſſus ppter nos. p hāc eñi diſpēſationē q̄ſi tranſit ieſus: qꝛ actio tpalis ē. oportebat aūt vt tñ clamarēt: donec reſiſtētis ſibi turbe ſtrepitū vincerēt. i. tā pſeuerādo animū intēderēt orādo atq̄ pulſando quouſq̄ ꝯſuetudinē deſiderioꝝ carnaliū: q̄ tanq̄ turba obſtrepit cognitioni lucē v̄itatl' eterne vidē conati: vl' ipaꝫ hōīuꝫ carnaliū turbā ſtudia ſpiritalia ipedietēm fortiſſima intētione ſuperarēt. AVGV. de v̄bis dñi: Bonos eñi chriſtianos volētes facere p̄cepta dei.

chriſtiani mali ⁊ tepidi ꝓhibēt: clamāt tñ̄ illi nō de
ficientes. cū enī quiſqȝ chriſtian⁹ ceperit bñ̄ viuere:
mundūqȝ contēnere: in ipſa ſui volūtate patiť repre
henſores frigidos chriſtianos: ſed ſi ꝑſeuerauerint
ipſi iā obſequēť qui añ ꝓhibebāt. AVGV. de cō.
euā. Itaqȝ audiens ieſus q2 pulſanti aperieť: ſtans
eos tāgit ⁊ illuminat. q2 enī fides incarnationis tꝑa
lis ad eterna ītelligēda nos ꝑparat: tranſeunte ieſu
āmoniti ſunt vt illuminarenť: ⁊ ab eo ſtante illumi
nati ſunt: tꝑalia enī tranſeunt: eterna ſtāt. CHRY.
ſuꝑ matth. Quidā īterpretanť duos cecos gentiles:
vn⁹ ex cham: ali⁹ ex iaphet: q̄ ſec⁹ viā ſedebāt. i. iuxta
los grad⁹ diuerſe miſericordie malicia iudeoꝝ cre-
ſcebat: ⁊ ſic ꝯ dei clemētiā malignitas humana cer
tabat. vñ ſequit: Iterꝫ miſit alios ſuos plu. p̄o. ⁊ fe.
illis ſimiliter. HYLA. Miſſi aūt plures prioribus
illō tp̄s deſignat quo poſt ſinguloꝝ ꝓphetarū p̄di-
cationē: plurim⁹ ſit numer⁹ ꝓphetantiū emiſſus eſt
RABA. Uel p̄mi ſui q̄ miſſi ſūt: ipſe legifer moy
ſes itelligiſ: ⁊ aarō p̄m⁹ ſacerdos dei: quos ceſos fla
gello lingue vacuos emiſerūt. alios aūt ſuos ꝓphe
tarū choꝝ itellige. HYLA. In filio aūt ad vltimū
miſſo dn̄i nr̄i aduētus ſignificaſ. Sequit enī: No.
aūt mi. ad eos fi. ſuū. CHRY. in ho. Quare aūt nō
ꝯfeſti miſit: vt ex his q̄ ad alios fecerāt: ſeipſos accu
ſarēt: ⁊ furorē dimittētes vereciidarenſ ꝓpi filiū ad
uenientē. vñ ſequiſ: Uere. fi. meū. CHRY. Hūc āt
miſit nō q̄ſi ad obnoxios pene ſniam baiulantē: ſed
pnīe veniā. miſit eni eos ꝯfūdere nō punire. HIE.
Qḋ aūt dicit: Uere. fi. meum. nō de ignorātia venit.
Quid. n. neſciat p̄ſfamilias q̄ hoc loco de⁹ itelligiſ
ſed ſemꝑ ambigere de⁹ dr̄ vt libera volūtas hōi reſ
uet. CHRY. in. ho. Uel hoc dicit annūciās q̄d fie
ri debebat: qm̄ oportebat eos verecūdari: ꝑ hoc eni
vult oſtendere peccatum eorum magnum ⁊ omni
excuſatione ꝓuatum. ORIGE. Uel illud quod
ait: Uerebunſ filium meuꝫ: videſ impletum in illis
iudeis qui intelligētes chriſtū crediderunt in eum.
Hoc autem qḋ ſequiſ: Agricole autem videntes fi
lium: dixerunt iter ſe: hic eſt heres: venite occidam⁹
eum. in illis impletum eſt: qui videntes chriſtum: ⁊
cognoſcentes filiū dei: nihilomin⁹ crucifixerūt eū.
HIERONY. Interrogem⁹ Arrium ⁊ Eunomiū:
Ecce pater dicit ignorare: quicquid ꝓ patre reſpō-
derint: hoc intelligant de filio: qui ſe dicit ignorare
cōſummationis diem. CHRYSO. ſuꝑ matthe.
Dicunt autem quidā: quia poſt incarnationē dict⁹
eſt chriſt⁹ fili⁹ ex baptiſmo: ſicut ceteri ſancti: quos
ex hoc loco conuincit domin⁹. vbi dicitur: Mittam
filium meū. Quādo ergo adhuc cogitabat ad tranſ-
mittendum filiū poſt ꝓphetas: iam filius erat dein
de ſi eo modo dicitur filius ſicut omnes ſancti ad
quos factū eſt verbum dei: debuit ⁊ ꝓphetas dicere
filios ſicut ⁊ chriſtum: aut ⁊ chriſtum ſeruum dice-
re ſicut ⁊ ceteros ꝓphetas. HIERONY. Per
hoc autem quod dicūt: Hic eſt heres: manifeſte do
minus probat iudeorum p̄ncipes: non per ignoran
tiam ſed per inuidiam dei filium crucifixiſſe. Intel-
lexerunt enim eū eſſe illum cui pater per prophetā
dicit: Poſtula a me ⁊ dabo tibi gentes hereditatē
tuam. Hereditas quippe filio ſancta eccleſia data
eſt: quā non moriens pater illi reliquit: ſed ipſe ſua
morte mirabiliter acquiſiuit. CHRYSOSTO.
ſuper Mattheū: Tamen poſtq̄ꝫ introiuit in templū
⁊ vendētes animalia que ad ſacrificiū pertinebant
foras eiecit: tunc precipue cogitauerūt eum occide
re. vnde dicunt: Uenite occidamus eum: Dicebant
enim intra ſe: Neceſſe eſt vt populus per iſtum de-
mittat conſuetudinem hoſtiarum que ad noſtrum
pertinent lucrum: ⁊ acquieſcat offerre ſacrificium
iuſticie quod ad gloriam pertineat dei: ⁊ ſic iam nō
erit populus iſte poſſeſſio noſtra: ſed dei. Si autem
occiderimus eum: dum non eſt qui iuſticie fructū
a populo querat: ſemper durabit conſuetudo offe-
rendarū hoſtiarū: ⁊ ſic populus iſte erit noſtra poſ-
ſeſſio. ⁊ hoc eſt quod ſequiſ: Et noſtra erit heredi-
tas. hec eſt cogitatio cōmunis omniū ſacerdotum
carnaliū: qui nō ſunt ſoliciti quomodo viuat popu-
lus ſine peccato: ſed aſpiciant quid in eccleſia offe-
ratur: ⁊ hoc eſtimāt ſacerdotij ſui lucrū. RABA.
Uel hereditatem occiſo eo preripere moliebantur

iudei:cū fidem que per eum eſt extinguere: ⁊ ſuam
magis que ex lege eſt iuſticiā ꝓferre ac gētibꝰ imbu
endis conabantur inſerere. Sequitur: Et apprehen
ſum eum eiecerunt extra vineam ⁊ occiderunt.
HYLA. Chriſtus enim extra hieruſalem tanꝗ̄ ex
tra vineam in ſententiam damnationis abiectus ē.
ORIGE. Uel quod dicit: Eiecerūt extra vineam
tale mihi videtur ꝗ̄tum ad ſe alienum eum eſſe
iudicauerunt a vinea ⁊ colonis. Sequitur: Cum ḡ
venerit dn̄s vinee quid faciet agricolis illis. HIE.
Interrogat quidem eos dn̄s: non ꝙ ignoret quid
rn̄ſuri ſint: ſed vt ꝓpria rn̄ſione dānent̄. Sequitur:
Aiunt illi: Malos male ꝑdet: ⁊ vineā ſuā locabit
aliis agricolis. CHRY. ſup matth. Nō aūt verum
rn̄derūt: nō ē illoꝝ q̄ iuſte iudicauerūt: ſed ipſiꝰ cau
ſe veritas: eni ipſis violentiā fecit. ORIGE. Sic
eni cayphas: ſic ⁊ iſti non ex ſe ꝓphetauerūt cōtra
ſe quoniā tollenda ab eis erant eloquia dei ⁊ dan
da gentibus fructum in tēpore daturiſ. vel dominꝰ
quem occiderūt: ſtatim venit reſurgens a mortuis:
⁊ malos quidem colonos male ꝑdidit. aliis aūt co
lonis. i. apoſtolis vineā ſuā conſignauit. i. eis q̄ ex iu
daico populo crediderūt. AUGU. de con. euan.
Marcꝰ aūt hoc ab ipſis non rn̄ſum cōmemorat: ſꝫ
dn̄m hoc ↄſequēter locutū poſt interrogationē ip
ſum ſibi quodāmodo reſpōdiſſe. Sed facile pōt in
telligi vel illoꝝ vocē ita ſubiectam vt nō interpone
retur: illi rn̄derūt: ſed tn̄ intelligeretur: aut ideo rn̄ſi
onem iſtam dn̄o potius attributam: qꝛ cū verū di
xerunt: etiam de illis hoc ipſe reſpōdet qui veritas
eſt. CHRY. in home. Uel non eſt contradictioniſ
etenim vtraqꝫ facta ſunt: quia. ſ. ⁊ ipſi primo hoc re
ſponderunt: ⁊ poſtea dn̄s iterauit. AUG. de con.
euange. Sed illud magis mouet ꝙ lucas non ſolū
eos hoc reſpondiſſe non dicit: verū etiam contrariā
retuliſſe reſponſionem. Ita enim narrat: Quo audi
to ſententia ex ore domini prolata dixerunt: Abſit.
Reſtat ergo vt intelligamꝰ in plebe que audiebat
quoſdam reſpondiſſe quod mattheus cōmemorat
quoſdaꝫ vō illud quod lucas dicit. i. abſit. Nec mo
ueat quod mattheus ꝑ̇ncipes ſacerdotū ⁊ ſeniores
populi dixit acceſſiſſe ad dn̄m. ⁊ ſic ſine interpoſitio
ne alicuius ſermo contexitur: vſqꝫ ad hoc ꝙ de lo
cata agricolis vinea cōmemoratur. Pōt eniꝫ puta
ri oīa hec cum principibus ſacerdotū locutū fuiſſe
ſed mattheꝰ breuitatis cauſa tacuit quod lucas nō
tacuit: parabolam. ſ. iſtā non ad eos ſolos dictā q̄
de poteſtate interrogauerāt: ſed ad plebē in q̄ erāt
qui dicerent: ꝑdet illos ⁊ vineā ſuā dabit aliis: que
vox recte etiā ipſius dn̄i fuiſſe intelligitur: ſiue ꝓpē
veritatē: ſiue ꝓpter mēbroꝝ eius cum capite vnita
tē. Erāt etiā q̄ talia rn̄dentibus dicerēt: Abſit. qꝛ in
telligebant ↄtra ſeipſos parabolam eſſe dictam.
CHRY. ſup matth. Uel aliter: Lucas quidem ſm̄
reſponſionem eoꝝ narrauit: Mattheus aūt ſm̄ rn̄
ſionem cordis. nam vere viſibiliter quidem in facie
cōtradixerunt dicentes: abſit. In conſcientia auteꝫ
ſuſceperūt dicētes: Malos male ꝑdet. Sicut cum
hō deꝑhenſus fuerit in malo: verbis quidē excuſat
intus aūt eiꝰ ↄſcientia recognoſcit. CHRY. in ho.
Uel aliter: Dn̄s propter hoc eis parabolā ꝓpoſuit.
vt ipſi non intelligentes cōtra ſe ſententiā ꝓferrēt:

ſicut ⁊ ad dauid dictum eſt per nathan. rurſus autē
intelligentes que dicta ſunt contra ſe eſſe dixerunt:
Abſit. RABA. Moraliter autem cuiqꝫ vinea lo
catur colenda cum baptiſmi myſterium datur: ꝙ
operando exerceat. Mittitur ſeruus vnus alter et
tertiꝰ cum lex pſalmus ꝓphetia legitur: quorum
monita bene operetur. Sed miſſus cedit̄: eiicitur cuꝫ
ſermo contemnitur: vel qō peius eſt blaſphemat̄.
Heredē ꝗ̄tū ad ſe occidit qui filiū dei ↄculcauerit
⁊ ſpūi gratie contumeliā fecerit. Perdito malo cul
tore vinea alii datur: cū donū gratie qō ſupbꝰ ſpre
uerit humilis accipit. CHRY. ſup matth. Deinde
q̄ſi nō acquieſcētibus illis teſtimoniū ſcripture in
ducit: Seq̄t̄. n. Dicit illis ieſus: Nūꝗ̄ legiſtis ī ſcri
pturis: Lapidē quem reprobauerunt. i. ſi ꝑabolam
meā nō intelligitis: vel iſtā ſcripturā cognoſcatis.
HIE. Uariis aūt ꝑabolis res eedē ↄteruntur. quos
eni ſupra oꝑarios ⁊ agricolas appellauit: nūc edifi
catores. i. cementarios vocat. CHRY. in ho. Lapi
dem aūt chriſtū vocat: edificatores aūt doctores iu
deoꝝ qui chriſtū reprobauerūt dicentes: Hic non ē
a deo. RABA. Sed illis nolentibus idē lapis ca
put anguli firmauit: qꝛ ō vtroqꝫ populo: quotquot
ipſe voluit ſua fide coniūxit. vn̄ ſeq̄tur: Hic factꝰ eſt
in caput anguli. HYLA. Eſt eni caput anguli fa
ctus: quia eſt inter legē ⁊ gentes lateris vtriuſqꝫ cō
iūctio. CHRY. in ho. Deinde vt diſcant qn̄ nihil
eoꝝ que fiebant: deo ↄtrariū erat. ſubdit: A dn̄o fa
ctū eſt. ORI. i. iſte lapis donū ē donatū a deo edi
ficio vniuerſo: ⁊ admirabile caput in oculis noſtris
qui poſſumꝰ eū videre oculiſ. CHRY. ſup matth.
Quaſi diceret: Quare non intelligitis in cuius edifi
cii angulo proponendus eſt ille lapis: nō in noſtro
quando reprobatuſ eſt: ſed in alio. Si aūt aliud edi
ficatum ē futuꝝ: ḡ noſtra edificatio ē contēnenda
vn̄ ſubdit: Ideo dico vobis: qꝛ auferetur a vobis re
gnū dei: ⁊ dabit̄ gētibꝰ facientibꝰ fructū eiꝰ. ORI.
Regnuꝫ dei dicit myſteria regni dei. i. diuinas ſcri
pturas quas tradidit dn̄s: primo quidē populo illi
priori cui reddita ſūt eloquia dei: ſecūdo aūt genti
bus facientibꝰ fructū. nemini eni datur verbū dei ni
ſi facienti fructū de eo: et nemini in quo peccatū re
gnat datur regnū dei: quomodo ergo illis datū ē:
a quo ⁊ ablatum eſt? Sed conſidera quō qō datur
intelligitur gratis datum. Quibus ergo locauit nō
oīno quaſi electis ⁊ fidelibus dedit. quibꝰ aūt do
nauit cum iudicio electionis donauit. CHRY. ſu
per matth. Lapis aūt dr̄ chriſtꝰ: non ſolū ꝓpter fir
mitatē: ſed etiā qꝛ eſt inimicoꝝ magna ↄfractio. vn̄
ſeq̄tur: Et qui ceciderit ſup lapidē iſtuꝫ. HIE. Qui
peccator eſt ⁊ tn̄ in illū credit: cadit quidem ſup la
pidē ⁊ ↄfringitur: ſed nō oīno cōteritur. Reſeruat̄
eni ꝑ patiētiā ad ſalutē: ſup quē vō ille ceciderit: h
eſt cui lapis ille irruerit: ⁊ q̄ chriſtū penitꝰ negaue
rit: ſic ↄteret eū vt nec teſta quidē remaneat in qua
hauriat̄ aque puſilluꝫ. CHRY. ſup matth. Aliud
eſt enim ↄfringi: ⁊ aliud cōminui. de eo eni qō con
fringitur: aliq̄d remanet. qō autē cōminuitur quaſi
in puluerē cōuertit̄. qō aūt cadit ad lapidē non fra
gitur ſm̄ ꝙ eſt lapidis virtus: ſed inq̄tum fortiter
cadit: aut propter pōdus ſuū: aut ꝓpter altitudineꝫ
caſus: ſic ⁊ chriſtianus peccans: non tantum perit

quãtũ põt perdere chriſt⁹: ſed quãtũ ipſe ſe ꝑdit per
oꝑa ſua: aut ꝓpt̃ magnitudinẽ peccati: aut ꝓpter al
titudinẽ dignitatis. Infideles aũt pereũt tãtũ q̃ntũ
põt eos ꝑdere chriſt⁹. CHRY. in ho. Uel hic du
as ꝑditiões eoꝝ oñdit: vnam ab eo q̓ offenderũt ⁊
ſcãdalizati ſũt: quã deſignat dicẽs: Qui ceciderit ſu
per lapidẽ. aliã in captiuitate eis ſupuẽtura: quam
manifeſtat dicens: Sup quẽ võ ceciderit. AVG.
de que. euã. Uel de his dicit q̃ cadent ſup eũ q̃ illũ
mõ ɔtẽnũt vel iniurijs afficiũt. Jõ nõdũ penit⁹ inte
reũt: ſed tñ ɔfringunt̃ vt nõ recti ambulẽt ſup quoſ
cadet: cũ veniat deſup in iudicio cũ pena ꝑditionis:
Ideo dixit: Conteret eos: vt ſint impij tanq̃ʒ puluis
quem ꝓiicit ventus a facie terre.

Et cũ audiſſent ꝑncipes ſacerdo
tũ ⁊ phariſei ꝑabolas ei⁹: cognoue
runt q̓ de ipſis diceret. Et q̃rentes
eum tenere timuerũt turbas: quoni
am ſicut ꝓphetã eum habebant.

HIE. Quãuis duro corde iudei ꝓpter incredulita
tem eſſent: tñ intelligebãt ɔ̃ ſe oẽs dñi ſñias dirigi.
vñ dr̃: Et cũ audiſſent ꝑn. ſacer. ⁊ pha. pa. ei⁹: cogno.
q̓ de ipſis diceret. CHRY. ſup matth. Hec ẽ autẽ
differẽtia bonoꝝ hoim ⁊ maloꝝ. Bon⁹ enĩ ɔphen
ſus in pctõ: gemit qꝛ peccauit. mal⁹ aũt fremit: non
qꝛ peccauit: ſed qꝛ cõprehẽſus ẽ in pctõ: ⁊ nõ ſoluʒ
penitentiã nõ agit: ſed magis aduerſus corrigenteʒ
iraſcit̃. vnde ⁊ iſti cõphẽſi: magis ad maliciã ſunt
excitati. Seq̃tur enĩ: Et querentes tenere eũ timue
rũt turbas: qm̃ ſicut ꝓphetã eũ habebãt. ORIG.
Sapiũt quidẽ aliq̃d de eo qd̓ verũ eſt: ꝓphetã eũ
eſtimantes: nõ aũt magnitudinẽ ei⁹ intelligũt ſʒ q̓
erat fili⁹ dei. Turbas aũt ſic ſapientes d̃ eo: ⁊ ꝑatas
ꝓ eo pugnare timẽt ꝑncipes: neq̃ʒ ad eoꝝ ſcientiaʒ
ꝑtingere pñt: nihil dignũ ſentientes de eo. Deinde
ſciendũ ẽ: qm̃ volẽtiũ ieſũ tenere differẽtia ẽ. Aliter
enĩ ꝑncipes ⁊ phariſei querebãt eũ tenere: alit̃ ſpon
ſa q̃ dicit: Tenui eũ: nec dimittam. adhuc enĩ tẽtura
meli⁹ ſicut dicit: Aſcẽdã in palmã ⁊ tenebo altitudi
nem ei⁹. Oẽs enim nõ recte ſapientes de diuinitate
tenere volũt ieſum ⁊ ꝑdere eũ. Et alia quidẽ verba
ꝑter verbũ chriſti poſſibile eſt cõprehendere ⁊ tene
re. Uerbũ aũt veritatis nemo põt cõphendere. i.
intelligere: neq̃ʒ tenere. i. vincere: neq̃ʒ ſepare aſſen
ſu credẽtiũ: neq̃ʒ mortificare. i. deſtruere. CHRY.
ſup matth. Omnis etiã hõ mal⁹ q̃ñtũ ad volũtatem
ſuã ⁊ manus mittit in deũ ⁊ occidit eũ. Qui enĩ ꝑce
pta dei ɔculcat: q̃ murmurat contra deũ: ⁊ turbato
vultu aſpicit celũ: nõne ſi fieri potuiſſet man⁹ mit
teret in deũ ⁊ occideret eũ: vt iam licenter peccaret.
RABA. Sʒ tñ q̓ timẽt mittere manũ in ieſũ ꝓpt̃
turbã quotidie ĩ eccl̃ia gerit̃: cũ q̃libʒ ſolo noĩe frat̃
fidei ⁊ paci vnitatẽ quã nõ diligit: ꝓpter bonos co
habitãteſ vl̃ erubeſcit ĩpugñre vl̃ timet. CA. XXII.

ET rñdens ieſus dixit iterũ
in ꝑabolis eis dicẽs: Simi
le factũ eſt regnũ celoꝝ ho
mini regi: qui fecit nuptias filio ſuo

Et miſit ſeruos ſuos uocare inuita
tos ad nuptias: ⁊ nolebant uenire.
Iterũ miſit alios ſeruoſ dicens: Di
cite inuitatis: Ecce prãdiũ meũ pa
raui: tauri mei ⁊ altilia occiſa ſũt: ⁊
oĩa parata: uenite ad nuptias. Illi
aũt neglexerũt: ⁊ abierunt: ali⁹ ĩ uil
lam ſuã: ali⁹ uero ad negociationeʒ
ſuaʒ. Reliqui uero tenuerũt ſeruoſ
ei⁹: ⁊ ɔtumelijs affectoſ occiderũt.
Rex aũt cũ audiſſet irat⁹ eſt: ⁊ miſſiſ
exercitibus ſuis ꝑdidit homicidas
illos: ⁊ ciuitatẽ illoꝝ ſuccẽdit. Tũc
ait ſeruis ſuis: Nuptie quidẽ pate
ſunt: ſed qui iuitati erant nõ fuerũt
digni. Ite ergo ad exitus uiaruʒ: ⁊
quoſcunq̃ʒ iueneritis uocate ad nu
ptias. Et egreſſi ſerui eius in uias
ɔgregauerũt oẽs quos inuenerunt
malos ⁊ bonos: ⁊ iplete ſũt nuptie
diſcũbentiũ. Intrauit aũt rex ut ui
deret diſcũbentes: ⁊ uidit ibi hoĩem
non ueſtitũ ueſte nuptiali. Et ait il
li: Amice quõ huc intraſti non hñs
ueſtẽ nuptialeʒ? At ille obmutuit.
Tunc dixit rex miniſtriſ: Ligatis ma
nib⁹ ⁊ pedibus eius: mittite euʒ in
tenebras exteriores: ibi erit fletuſ ⁊
ſtridor dentiũ. Multi autẽ ſunt uo
cati pauci uero electi.

Quia dixerat: Dabitur genti faciẽti fruct⁹ ei⁹: hic
oñdit cui genti. vñ dr̃: Et rñdẽs ieſus dixit iterũ ĩ pa
rabolis eis dicẽs: Simile eſt regnũ celoꝝ. GLO.
Dicit autẽ: Rñdens. i. obuians praue cogitationi eo
rum de morte ſua. AVGV. de con. euã. Parabo
lã aũt iſtã ſolus mattheus narrat: ſimile quidẽ etiã
lucas cõmemorat: ſed nõ ẽ hoc: ſicut ⁊ ipſe ordo in
dicat. GRE. i ho. Hic ꝑ nuptias pñs eccleſia: illic
ꝑ cenã eternũ ⁊ vltimũ conuiuiuʒ deſignat̃: qꝛ ⁊ in
hanc nõnulli exituri intrant: ad aliud quiſq̃s ſemel
intrauerit vlteri⁹ nõ exibit. At ſiquis forte ɔtendat
hanc eandẽ eẽ lectionẽ: intelligi forſitan põt: qꝛ de
ꝓiecto eo q̃ nuptiali veſte nõ intrauerat: qd̓ lucas
tacuit Matthe⁹ dixit. q̓ võ ꝑ illũ cena: ꝑ hũc autẽ
prandiũ dr̃: neq̃q̃ʒ obſiſtit: qꝛ cũ ad horã nonã apd̓
ãtiquos prandiũ fieret: quotidie ipſũ quoq̃ʒ prãdiũ
cena vocabat̃. ORI. Regnũ aũt celoꝝ ſile ẽ ſʒ eũ
quidẽ qui regnat hoĩ regi: ſʒ eũ autem q̃ conregnat
filio regis: ſcḋm ea võ que ſunt in regno regis: ſeruis

⁊ inuitatis ad nuptias. Inter quos eſt ⁊ exercitꝰ re-
gis. Additũ ē aũt: Hoi regi: vt hoibꝰ quaſi hõ loqua
tur: ⁊ diſpenſet hoies nõ cupiẽtes diſpenſari a deo.
Sed tũc ceſſabit regnũ celoꝝ eẽ ſimile hoi: cũ ceſſã
te celo ⁊ ↄtẽtione ⁊ ceteris paſſionibꝰ ⁊ pctis ceſſa-
uerimꝰ ſm hoiem ambulare: ⁊ videbimꝰ eũ ſicuti ē.
Nũc eni videmꝰ eũ non ſicuti ē: ſed ſicuti ꝓpt no-
ſtrã diſpenſationẽ factꝰ fuerit nobis. GREGO.
in ho. Tũc aũt deus pater deo filio nuptias fecit qñ
hũc in vtero virginis hũane nature ↄiũxit. Sʒ quia
ex duabus pſonis fieri ſolet nuptiaꝝ cõiũctio: abſit
hoc ab intellectibꝰ nr̃is: vt pſonã redemptoris nr̃i
ex duabꝰ pſonis credamꝰ eẽ vnitã. Ex duabꝰ quippe
atqꝫ in duabꝰ hũc naturis exiſtere dicimꝰ: ſʒ ex dua-
bus pſonis credere compoſitũ vt nephas vitamus.
Securiꝰ ḡ dici põt: qꝛ in hoc rex pr̃ regi filio nupti-
as fecit qꝑ ei ꝑ incarnationis myſteriũ ſanctam ec-
cleſiã ſociauit. Uterꝰ aũt genitricis virginis huius
ſponſi thalamꝰ fuit. CHRY. ſup matth. Uel alit̃:
Cũ reſurrectio fuerit facta ſanctoꝝ tũc ſuſcipiet ho-
minẽ vita q̃ ē chriſtꝰ: mortalitatẽ eius ſua mortali-
tate abſorbẽs. Nunc eni q̃ſi arras futuri ↄiugii ſpi-
ritũſcñ accipimꝰ: tũc aũt ipſũ chriſtũ pleniꝰ ĩ nobis
habebimus. ORI. Uel cõiũctiõʒ ſponſi ad ſpõſaꝫ
.i. chriſti ad aĩam verbi ſuſceptionẽ intellige: partus
aũt opera bona. HYLA. Merito aũt a patre iam
ſũt he nuptie facte: qꝛ eternitatis huiꝰ ſocietas: ⁊ no
ui corporis deſpõſata ↄiũctio habet iã pfecta in chri-
ſto. Sequit̃: Et miſit ſeruos ſuos vocare ĩuitatos ad
nuptias: ⁊ noluerũt venire. CHRY. ſup matth. Er
go qñ miſit ſuos ſuos iam ĩuitati pus erant. Inui-
tati ſunt eni hoies a tpe abrae cui chriſti incarnatio
promittebat̃. HIE. Miſit aũt ſeruũ ſuũ: nec dubi-
um qñ moyſen ꝑ quẽ legẽ inuitatis dedit. Si autẽ
ſeruos legerimꝰ vt plura hñt exẽplaria: ad ꝓphetas
referendũ ē qui inuitati ꝑ eos venire ↄtẽpſerũt. Se-
quitur: Iterũ miſit alios ſeruos dicens. Dicite inuita
tis. Serui q̃ ſecũdo miſſi ſunt meliꝰ eſt vt ꝓphete in
telligant̃ q̃ꝫ apl̃i: ita tñ ſi ſeruꝰ ſupra fuerit ſcriptus:
ſin autẽ ſeruos ibidẽ legas: hic ſerui ſecũdi apl̃i ſunt
intelligẽdi. CHRY. ſup matth. Quos miſit cũ eis
dixit: In viam gentiũ ne abieritis: ſed potius ite ad
oues perditas domꝰ iſrl̃. ORI. Uel q̃ pmi mittũ-
tur ſerui vocare inuitatos ad nuptias: hñtur ꝓphe
te conuertẽtes ex pplo ꝑ ſuas ꝓphetias ⁊ reſtitutio
nem eccleſie ad chriſtũ. Qui autem noluerũt veni-
re in primis inuitati: ſunt qui noluerũt audire v̾ba
ꝓphetaꝝ. Iteꝝ alii tranſmiſſi: alia ↄgregatio ꝓphe-
tarũ eſt. HYLA. Uel ſerui pmo miſſi q̃ inuitatos
vocarẽt apl̃i ſũt. qui aũt admonent̃ vt veniãt inuita-
ti antea: populꝰ iſrl̃ eſt. in gloriã eni eternitatis ꝑ le
gem ē aduocatꝰ. Apoſtoloꝝ ḡ erat ꝓpriũ cõmone-
facere eos quos inuitauerãt ꝓphete. Qui v̾o iterũ
cũ p̃ceptoꝝ conditiõe mittũt̃ apl̃ici viri: ſũt ſucceſſo
res eoꝝ. GRE. Sed qꝛ hi qui p̃us inuitati ſunt: ad
nuptiarũ conuiuiũ venire noluerũt: in ſecunda inui
tatiõe iam dicit̃: Ecce prandiũ meũ paraui. HIE.
Prandiũ paratũ ⁊ tauri ⁊ altilia occiſa. vel ꝑ meta-
phorã opes regie deſcribũt̃ vt ex carnalibꝰ intelli-
gant̃ ſpiritalia: vel certe dogmatũ magnitudo ⁊ do
ctrina dei lege pleniſſima ſentire põt. CHRY. Cũ
ḡ oñs apl̃is dixit: Euntes p̃dicate dicentes: qꝛ appro

pinq̃uit regnũ celorũ: hoc ſignificauit qḋ hic dicit̃:
Prandiũ meũ paraui. i. ex lege ⁊ ꝓphetis ſcriptura
rũ mẽſas ornaui. vñ ſeqtur: Tauri mei ⁊ altilia occi
ſa ſũt. GRE. in ho. Per tauros aũt patres veteris
teſtamẽti ſignificant̃: q̃ ex pmiſſiõe legis inimicos
ſuos: virtutis corpe cornu feriebant. Altilia v̾o ſagi
nata dicimꝰ: ab eo eni qḋ ē alere altilia vel q̃ſi alita
vocamꝰ. Per altilia ḡ pr̃eſ noui teſtamẽti figurant̃
q̃ dũ gratiã pinguedinis interne dulcedinis pcipiũt
a terrenis deſideriis ad ſublimia ↄtẽplatiõis ſue pẽ
na ſubleuãt̃. Dicit ḡ: Tauri mei ⁊ altilia occiſa ſũt.
ac ſi d. Patrũ p̃cedentiũ mortes aſpicite: ⁊ remedia
vite veſtre cogitate. CHRY. ſup matth. Uel alit̃:
Ideo dicit: Et ſaginata ⁊ tauros. non qꝛ ⁊ tauri nõ
fuerint ſaginati: ſʒ qꝛ nõ oẽs ſaginati fuerũt tauri: ḡ
ſaginata tñmodo dic̃ ꝓphetas q̃ fuerũt ſpirituſan-
cto repleti: tauros aũt q̃ ⁊ ꝓphete fuerũt ⁊ ſacerdo-
tes: ſicut hieremias ⁊ ezechiel. vt eni tauri duces ſũt
gregis: ita ⁊ ſacerdotes p̃ncipes ſũt ppl̃i. HYLA.
Uel aliter: Tauri glorioſa martyꝝ ſpecies ē: q̃ ↄfeſ-
ſiõi dei tanq̃ꝫ oſtia electa ſũt imolati. Saginata v̾o
ſunt hoies ſpiritales tanq̃ꝫ celeſti pane ad euolãdũ
aues paſte: ceteros accepti cibi vbertate expleture.
GRE. Notãdũ v̾o qꝑ in p̃ore inuitatõe nil ḋ tau-
ris ⁊ altilibꝰ dr̃. In ſecunda aũt iam tauri ⁊ altilia ĩ
antea memorant̃: qꝛ oĩpotens deꝰ cũ v̾ba eiꝰ audire
noluimꝰ: adiungit exẽpla: vt oẽ qḋ impoſſibile cre-
dimus tanto nobis ad ſperandũ fiat faciliꝰ quanto
ꝑ hoc tranſiſſe ⁊ alios audimꝰ. ORI. Uel qꝛ prã-
dũ qḋ pat̃ ē eloquiũ dei: fortia quoqꝫ eloquiorum
dei tauri intelligãt̃: ſuauia v̾o ⁊ delectabilia eorum
ſunt ſaginata. Siq̃s eni ꝓferat q̃dã dicta modica ⁊
nõfirma: ⁊ nõ magnã v̾tutẽ rõnis hñtia: videt̃ ma-
cra eẽ q̃ ꝓferũtur. Saginata aũt ſũt cũ ad vnãquãqꝫ
ꝓpoſitõʒ exẽpla multa rõnis ꝓbatiõe repleta indu
cunt̃: puta ſi aliq̃s de caſtitate ſmonẽ loquit̃: recte
intelligit̃ turtur. Sʒ cũ iſtũ ſci atis ſermonẽ cũ rõ-
nis ꝓbatiõe de ſcripturis repletũ ꝓtulerit: ita ut de
lectet ⁊ ↄfirmet aĩmũ audientis ꝓtulit eũ ſaginatũ
CHRY. ſup matth. Qḋ aũt dr̃: Et oĩa para ſũt. in-
telligit̃ qꝛ q̃cq̃d querit̃ ad ſalutẽ: iã adimpletũ eſt
in ſcripturis. Qui eni ignorãs ē iuenit ibi qḋ diſcat.
qui laborat inuenit ibi ꝓmiſſa: qbꝰ excitet̃ ad opus
GLO. Uel oĩa parata ſũt. i. introitꝰ regni paratus
eſt ꝑ fidem mee incarnationis qui ante fuerat clau
ſus. CHRY. ſup matth. Uel oĩa parata dicit que
ptinent ad myſteriũ dñice paſſiõis ⁊ noſtre redem-
ptiõis. Dicunt autẽ: Uenite ad nuptias: nõ pedibus
ſed moribꝰ. Sequitur: Illi aũt neglexerunt. Quare
aũt neglexerint manifeſtat cũ ſubditur: Et abierunt
alius in villã ſuã: aliꝰ v̾o ad negociationẽ ſuam.
CHRY. in home. Quãuis aũt videant̃ rõnabiles
occaſiones eſſe: ſed hinc diſcimꝰ etiam ſi neceſſaria
ſint que detinent: oibus tñ p̃ponere ſpiritalia opor
tet. Mihi autẽ videt̃ qꝑ his occaſionibꝰ vſi: negligẽ
tie velamina ꝓponebant. HYLA. Ambitione eni
ſeculi tanq̃ꝫ villa homies occupant̃: plures v̾o ꝓpt̃
pecunie cupiditatẽ negociatõe detinent̃. CHRY.
ſup matth. Uel alit̃: Cũ labore manuũ nr̃aꝝ aliq̃d
facimus: puta exercẽtes agrũ vel vineã aut opus li
gni vel ferri: villã colere videmur. Cũ aũt nõ labore
manuũ nr̃aꝝ alia lucra ſeq̃mur: totũ h̃ negociatio

appellaṫ. O miſerrim⁹ mund⁹ ⁊ miſeri q̄ eū ſequūṫ.
Semp enī mūdialia opera hoīes excluſerūt a vita.
GRE. Qui g̃ intent⁹ labori terreno: vel mūdi acti
onib⁹ deditus: myſteriū incarnatōis dñice penſare
⁊ ſm̄ illud viuere. ſ. diſſimulat q̄ſi ad villā vel nego
ciū pgēs: venire ad regis nuptias recuſat. ⁊ plerūq̧
qḋ ē grau⁹ nōnulli vocati: graꝫ nō ſolū reſpuūt: ſed
etiā pſequūṫ. vñ ſubdiṫ: Reliq̄ vo tenu. ſer. ei⁹ ⁊ cō-
tu. affe. occiderūt. CHRY. ſup matth. Uel p occu
patione ville populares iudeoꝝ ſignificat quoſ mū
di delectatō ſepauit a xp̄o. Per occupatōꝫ vo nego
ciatōis ſacerdotes ceteroſq̧ miſtros tēpli ſignifica
uit: quos lucri obtētu veniētes ad miniſteriū legis
⁊ tēpli auaritia ſepauit a fide. De q̄b⁹ nō dixit q̧ ma
lignati ſūt ſꝫ neglexerūt. Qui enī odio aut īuidia cru
cifixerūt chriſtū: illi malignati ſūt. qui aūt negociis
impediti nō crediderūt: illi neglexiſſe dicūṫ nō mali
gnati. De ſua tñ morte dñs tacet: qꝛ in p̄ori pabola
dixerat: ſꝫ oñdit morte diſcipuloꝝ ſuorū quos poſt
aſcenſū ipſi⁹ occiderūt iudei. Stephanū lapidātes
⁊ iacobū alphei occidētes: ꝓpt̄ que hierl'm deſtru-
cta eſt a romanis. Et notandū q̧ ira in deo nō ꝓpe
ſed trāſlatiue dr̄: Tunc enī iraſci dr̄ qñ vlciſciṫ. vñ ⁊
hic dr̄: Rex aūt cū au. irat⁹ eſt. HIE. Qñ inuitabat
ad nuptias ⁊ agebat opa clemētie homis nomē ap
poſitū ē. nūc aūt qñ ad vltionē venit: hō ſileṫ ⁊ rex
tm̄ dr̄. ORIGE. Dicant aūt q̄ peccāt in deū legis
⁊ ꝓphetaꝝ ⁊ totius creationis vtrū iſte q̄ ⁊ hō dr̄ ⁊
iratus ꝓponiṫ: ipſe ē pater chriſti. q̧ ſi dixerint hunc
ipſū eē: cogendi ſūt ꝯfiteri qm̄ multa in eo ſm̄ paſ
ſibilē hoīm naturā eē dicūtur: non qꝛ ipſe paſſibiliſ
eſt: ſed qꝛ morē gerit paſſibilis nature hoīm. Et ſm̄
hanc ꝯſequētiā ſuſcipe cōuenit ⁊ iram dei ⁊ pn̄iam
⁊ cetera hm̄ōi in ꝓphetis. Sequiṫ: Et miſſis exerci
ti. HIE. Per hoc exercit⁹ romanos intelligim⁹ ſub
duce veſpaſiano ⁊ tito: q̄ occiſis iudee populis: pua
ricatricē incēderūt ciuitatem. CHRY. ſup matth.
Roman⁹ aūt exercit⁹ dr̄ exercit⁹ dei: nec etiā veniſ-
ſent romani hierl'm: niſi eos dñs excitaſſet. ORI.
Uel angeloꝝ agmina ſūt exercit⁹ regis nr̄i. miſſis
g̃ exercitib⁹ extinxiſſe homicidas dr̄: qꝛ in hoīb⁹ oē
iudiciū p angelos exerceṫ. Homicidas g̃ pdit: quia
pſequētes interimit. Ciuitatē eoꝝ igni ſuccēdit: quia
illoꝝ non ſolū aīe: ſed caro quoq̧ in qua habitaue-
rant eterna gehēne flamma cruciant. ORI. Uel
ciuitas impioꝝ eſt ſm̄ vnūq̄ḋq̧ dogma ꝯgregatio
eoꝝ q̄ cōueniūt in ſapientia pncipū hui⁹ ſeculi quā
ſuccendit rex ⁊ exterminat q̄ſi ex malis edificationi
bus ꝯſiſtentē. GRE. Sed his q̄ inuitantē ſe ꝯtēnūt
ꝯſpicit: filii ſui nuptias vacuas nō habebit. quēq̧. n.
ſermo dei inuētur⁹ ē vbi requieſcat. vñ ſubdiṫ: Tūc
ait ſeruis ſuis: ORI. i. aplis aut angelis q̄ ꝓpoſiti
erāt in vocatiōꝫ gentiū. Nuptie quidē parate ſunt.
REMI. i. omne ſacramētū hūane diſpenſatōis iā
pactū atq̧ cōpletū ē. Sed q̄ inuitati erāt. i. iudei nō
fuerūt digni: qꝛ dei iuſticiā ignorāteſ ⁊ ſuā ſtatuere
volētes indignos ſe iudicauerūt eterne vite. Repro
bato g̃ iudaico pplo ad has nuptias gētilis pplus
eſt ſuſcept⁹. vñ ſeq̄tur: Ite g̃ ad exi. viaꝝ ⁊ quoſ. iue.
vo. ad nuptias. HIE. Gentiliū enī popul⁹ nō erat ī
viis: ſed exitib⁹ viaꝝ. REMI. Qui ſūt errores gēti-
liū. CHRY. ſup matth. Uel vie ſūt oēs ꝓfeſſiōes

huius mūdi: vtputa philoſophie militie ⁊ hm̄ōi. Di
cit g̃: Ite ad exit⁹ viaꝝ. vt cuiuſlibet ꝯditiōis hoīes
vocent ad fidē. adhuc ſicut caſtitas via ē que ducit
ad deū: ſic fornicatio via ē q̄ ducit ad diabolū: ⁊ ſic
de aliis virtutib⁹ ⁊ vitiis. iubet ergo vt cuiuſcūq̧ cō
uerſationis vel ꝯditiōis hoīes inuitēt ad fidem.
HYLA. Per viā etiā tēp⁹ ſeculi intelligēdū ē: atq̧
iō ad exitus viaꝝ iubenṫ ire: qꝛ oībus retroacta do-
nantur. GRE. Uel aliter: In ſcriptura ſacra vias
actiōes accipim⁹. Exitus viaꝝ intelligim⁹ defectus
actionū: qꝛ illi plerūq̧ facile ad deū veniūt quos in
terrenis actionib⁹ pſpera nulla comitanṫ. ORI.
Uel aliter: Puto hāc p̄mā vocationē fuiſſe ad nu-
ptias aliquaꝝ ingenuaꝝ animarū. Principaliṫ enī
deus vult venire ad epulationē diuini eloquii: eos
q̄ ad intelligēdū ſūt ingenioſiores. ⁊ qm̄ q̄ hm̄ōi ſūt
nolūt ad iſtā vocationē venire: trāſmittūṫ alii ſerui
ꝓuocantes eos ⁊ ꝓmittentes q̧ ſi venerint: papiēt
prandiū patū a rege. Sicut. n. in corpalib⁹ alia ē que
nubit ſponſa: alii īuitatores: alii q̄ inuitāṫ ad nupti-
as: ſic deus ſcit diuerſos ordines aīarū: cauſq̧ virtu-
tes ⁊ cauſas. ob quas hi q̄dē in cōſtitutione ſponſe
accipiūtur: alii in ordine ſeruoꝝ vocantiū: alii in nu-
mero īuitatoꝝ ad nuptias. Sed q̄ pncipaliter q̄dem
fuerāt īuitati. pmos īuitatores q̄ſi paupes ſenſu ne-
glexerūt ⁊ abierūt ſua ſequētes: in quib⁹ magis ſūt
delectati q̧ in his q̄ rex p ſeruos ſuos ꝓmittebat: ſꝫ
hi leuiores ſūt his q̄ ſeruis tranſmiſſis iniuriāṫ ⁊ in
terficiūtur: q̄. ſ. ꝓpatione cōtētioſoꝝ verboꝝ auſi ſūt
tenuiſſe ſeruos miſſos q̄ nō ſūt ꝓpati ad ſoluēdas
q̄ōnes eoꝝ verſutas ⁊ cōtumeliis afficiūṫ vel inter
ficiūṫ ab eis. Seq̄ṫ: Et egreſſi ſerui ei⁹ in vias ꝯgre
gauerūt oēs quos iue. ma. ⁊ bonos. ORI. Egredi
entes ſerui ſiue de iudea ⁊ hierl'm Apli chriſti: ſiue
ab īteriorib⁹ āgeli ſancti: veniētes ad vias diuerſas
diuerſoꝝ moꝝ ꝯgregauerūt quoſcūq̧ inuenerūt. Et
non curāt vtꝝ aliqñ añ vocatōꝫ mali fuerint aut bo
ni. bonos aūt intelligere hic ſimpliciṫ ꝯuenit humi-
liores ⁊ rectiores ex eiſ q̄ veniebāt ad cultū dei: q̄b⁹
ꝯueniebat qḋ apl's ait: Cū gētes q̄ legem nō habēt
ea que legis ſūt faciūt: ipſi ſibi ſūt lex. HIE. Inter
ipſos enī gētiles infinita ē diuerſitas: cū alios ſcia-
mus eē ꝓcliuiores ad vitia: alios ad honeſtatē mo
rū v̄tutib⁹ deditos. GRE. Uel hoc dicit: qꝛ in hac
eccleſia nec mali ſine bonis: ne boni ſine malis eē
pñt. bon⁹ aūt non fuit q̄ malos tolerare recuſauit.
Seq̄tur: Et implete ſūt nuptie diſcūbentiū. ORI.
Nuptie. ſ. chriſti ⁊ eccleſie ſūt implete: dum reſtitu-
to deo qui ab aplis ſūt inuenti recubuerūt ad epulan-
dū in nuptiis. ſed qm̄ bonos ⁊ malos oportuit q̄dē
vocari: nō aūt vt mali pmanerēt mali: ſꝫ vt depone-
rent veſtimēta ꝯ̄ria nuptiis ⁊ induerēt nuptialia in
dumēta. ſ. viſcera mīe benignitatis. Iō rex egrediṫ
vt videat diſcūbētes p̄uſ q̧ apponaṫ eis prandiū vt
retineat hn̄tes nuptialia veſtimenta ⁊ delectet: con
demnetq̧ contrarios. vnde ſequiṫ: Intrauit aūt rex
vt videret diſcumbentes. CHRYSO. ſup matth.
Non quia alicubi ipſe nō eſt: ſed vbi vult p iudiciū
aſpicere ibi diciṫ preſens: vbi autē nō vult: abſens
uideṫ. Dies aūt aſpectatiōis eſt dies iudicii: quādo
viſitatur⁹ ē xp̄ianos: q̄ ſup meſā ſcripturaꝝ recubūt.
ORI. Ingrediēs aūt inuenit quendā q̄ nō muta

nerat,ꝑprios mores.vñ ſeqtur:Et vidit ibi hoīez nō
veſtitū veſte nuptiali.Singulariter dixit:q₂ vni⁹ ſūt
generis oēs q̄ ſeruāt maliciā p⁹ fidē quā habuerāt
añ fidē.GRE.Quid aūt debem⁹ intelligē ꝑ nupti
alē veſtē:niſi charitatē?q₂ hāc in ſe dñs habuit: dū
ad ſociādē ſibi eccleſie nuptias veniret.Intrat g̊ ad
nuptias:ſed ſine veſte nuptiali:q̄ in eccleſia fidē ha
bet:ſed charitatē nō habet.AVG.ꝯ̄ fauſtū:Uel ſi
ne veſte nuptiali nuptias adit q̄ querit ibi gloriam:
non ſponſi ſed ſuā.HYLA.Uel veſtis nuptialis ē
gratia ſpūſci ⁊ candor habit⁹ celeſtis q̄ bone īterro
gationis ꝯfeſſione ſuſcept⁹ vſq₃ in cetū regni celoꝝ̄
īmaculat⁹ ⁊ integer ē reſeruād⁹.HIE.Uel veſtis
nuptialis p̄cepta ſūt dñi: ⁊ opa q̄ cōplent̄ ex lege ⁊
euāgelio nouiq₃ hoīs efficiūt veſtimentū ꝙ q̄ in die
iudicii īuent⁹ ſub noīe chriſtiano nō h₃:ſtatim cor
ripitur.vñ ſequit̄:Et ait illi: Amice quō huc in itra
ſti non hñs veſtē nuptialē?Amicū vocat: q₂ ē īui
tatus ad nuptias:q̄ſi ſit amic⁹ ꝑ fidē.Arguit aūt im
pudentie ꝙ veſte ſordida mūdicias polluerit nupti
ales.ORI.Et q̄ñ q̄ peccat ⁊ nō induit dñm ieſu₃
chriſtū:nō h₃ excuſationē aliquā.ideo ſeqtur: At il
le obmutuit.HIE.In tpe eni illo nō erit loc⁹ īpu
dentie:nec negādi facultas cū oēs angeli ⁊ mund⁹
īpſe teſtes ſint pctoꝝ.GRE.Non aūt ſolū reiect⁹
eſt a nuptijs q̄ iniuriā nuptijs fecit:ſed adhuc a mi-
niſtris regis ſup vincula ꝯſtitutis ligatus inceſſiōe
qua non ē viſus ad bonū: ⁊ apphēſoria virtute qua
nullū op⁹ ad bonū impleuit:cōdēnat⁹ ē in loco ab
oī lumine alieno q̄ vocat̄ tenebre exteriores.vñ ſeq
tur:Tūc rex dixit miniſtris: Liga.ma.⁊ pe.mit.eū i
tene.exteriores.GRE.Ligant̄ tūc pedes ⁊ man⁹
ꝑ diſtrictionē ſniē: que mō a prauis operib⁹ ligari
noluerūt ꝑ meliorationem vite:vel tunc ligat pena
quos mō a bonis operib⁹ ligauit culpa.AVG.xi.
de tri.Prauaꝝ vō atq₃ diſtortarū volūtatū implica
tio vinculū ē quo alligatur q̄ hoc ait: Ut ꝓiciatur
in tenebras exteriores.GRE.Interiores aūt tene
bras dicim⁹ cecitatē cordis:exteriores vō eternā no
ctē damnationis.CHRY.ſup matth.Uel ꝑ h̄ de
ſignat̄ differētia tormentoꝝ in pctōrib⁹.Sūt enim
p̄me tenebre exteriores:interiores autē minores: ⁊
nouiſſimi loci.Seqtur:Ibi erit flet⁹ ⁊ ſtridor dentiū
HIE.In fletu oculoꝝ ⁊ ſtridore dentiū ꝑ metha-
phorā mēbroꝝ corꝑaliū:magnitudo oñdit̄ tormē-
rum.Man⁹ quoq₃ ligatas ⁊ pedes:fletū oculoru₃
⁊ ſtridorem dentiū:ad comprobandā reſurrectiōis
intellige veritatē.GRE.Ut illic dentes ſtrideant
q̄ de edacitate gaudebant:illic oculi defleant qui h̄
ꝑ illicitas ꝯcupiſcentias verſabant̄:q̄tenus ſingula
mēbra ſupplicio ſubiaceāt q̄ hic ſingulis q̄buſq₃ vi
tiis ſubiecta ſeruiebant.HIE.Et q₂ i ꝯuiuio nupti
ali nō initiū ſed finis querit̄: ſubdit̄: Multi enim
ſūt vocati:pauci vō electi.HYLA.In inuitante.n.
ſine exceptiōe publice bonitatis hūanitas eſt.in in-
uitatis vō vocatis de iudicio meritoꝝ ꝓbitatis ele-
ctio ē.GRE.Nonnulli eni bona nec incipiūt.nō-
nulli vō in bonis q̄ inceperūt minime ꝑſiſtūt.Tāto
to g̊ ſibi vnuſq̄ſq₃ ſolicite metuat:quanto ignorat q̄
reſtant.CHRY.ſup matth.Uel aliter: Quotiens
de⁹ tētat eccleſiam ſuā ingredit̄ ad eā vt videat di-
ſcubentes:⁊ ſi īuenerit aliquē nō hñtē veſtē nuptia-
lem:interrogat eū vt q̄d fact⁹ ē chriſtian⁹ ſi hec opa
diligebas?Talē ergo chriſt⁹ tradit miniſtris ſuis.i.
aliquibus magiſtris ſeductionis.⁊ ligāt man⁹ ei⁹.i.
opa:⁊ pedes.i.mot⁹ aīe:⁊ mittūt eū in tenebras.i.in
errores vel gentiū vel iudeoꝝ vel hereſum.ꝓpinqui
ores.n.ſunt tenebre gentiliū:quia veritatē ſpernūt
quā non audierūt: ſed exteriores iudeorū q̄ audie
runt:ſed non crediderūt:ſed magis exteriores here
ticorū q̄ audierūt ⁊ didicerūt.

¶ Tunc abeūtes phariſei conſilium
inierūt ut capent eum in ſermone.
Et mittūt ei diſcipulos ſuos cū he
rodianis dicētes:Magiſter ſcimuſ
q₂ uerax es ⁊ uiam dei ī ueritate do
ces:⁊ nō ē tibi cura de aliquo. Nō
eni reſpicis ꝑſonaz hoim. Dic ergo
nob q̄d tibi uidet̄? Licet cenſū dari
ceſari an nō? Cognita āt ieſ⁹ neqtia
eoru₃ ait:Quid me tētatis hypocri
te? Oñdite mihi nūmiſma cenſus.
At illi obtulerūt ei denariū. Et ait
illis ieſus: Cui⁹ eſt imago hec ⁊ ſup
ſcriptio? Dicūt ei: Ceſaris. Tūc ait
illis:Reddite ergo q̄ ſunt ceſaris ce
ſari:⁊ q̄ ſūt dei deo. Et audiētes mi
rati ſūt:⁊ relicto eo abierunt.

CHRY.ſup math.Sicut ſi aliq̄s claudere volue
rit aque currentis meatū ſi excluſa fuerit ꝑ aliquaz
violentiā aliūde ſibi ſemitā q̄rit:ſic iudeoꝝ maligni
taſ ex vna pte ꝯfuſa:aliū ſibi aditū adinuenit.vñ dr̄:
Tū abeū.pha.ꝯſi.inie.vt ca.eū in ſermone.Abierūt
inquā ad herodianos:Quale ꝯſiliū tales ⁊ ꝯſiliato
res.⁊ iō ſeqtur:Et mittūt ei diſci.ſu.cū herodianis.
GLO.Tanq₃ ignotis vt facili⁹ deciperēt:⁊ ꝑ eos
illū caperēt:cū timētes turbā hoc ꝑ ſe nō ꝑſumerēt
face.HIE.Nuꝑ quidē ſub ceſare auguſto iudea
ſubiecta romanis:qñ ī toto orbe ē celebrata deſcri-
ptio ſtipendaria facta fuerat.Et erat ī pplō magna
ſeditio:dicentib⁹ alijs ꝓ ſecuritate ⁊ q̄ete q̄ romani
ꝓ oīb⁹ militarēt:debere tributa ꝑſolui.Phariſei vō
q̄ ſibi applaudebāt ī iuſticia:ecōtrario nitentib⁹ nō
debere pplm dei q̄ decimas ſolueret ⁊ p̄mitias da-
ret ⁊ cetera q̄ in lege ſcripta ſūt hūanis legib⁹ ſubia
cere.Ceſar aūt auguſt⁹ herodē filiū antipatris alie-
nigenā ⁊ ꝓſelitū regē iudeis cōſtituerat: q̄ tributis
p̄eſſet ⁊ romano pareret imperio.Mittūt igit̄ pha
riſei diſcipulos ſuos cū herodianis.i.militib⁹ hero-
dis.ſeu quos illudētes phariſei:q₂ romanis tribu-
ta ſoluebant:herodianos vocabant: ⁊ non diuino
cultui deditos.CHRY.in ho.Propter hoc autē
ſuos diſcipulos ⁊ herodes milites ſimul mittūt: vt
quodcūq₃ dixerit rep̄hendat̄.cupiebant eni magis
aduerſū herodianos eum aliq̄d dicere:q₂ enim eu₃
detinere timebāt ꝓpter turbas:voluerūt ei ꝑiculū
immittere ex hoc ꝙ eſſet publicis tributis obnoxi⁹

CHRY. ſup matth. Hec ē autē hypocritaꝝ pma ſi
mulatio: qꝛ laudāt quos pdē volūt. Et iō ī laudē ꝓ
rumpūt dicētes: Magiſter ſcim⁹ qꝛ verax es. Ma
giſtruꝫ eū vocant: vt quaſi honorat⁹ ꝛ laudat⁹ my
ſteriū ſui cordis ſimplicit̄ eis aperiat: tanq̄ꝫ volens
eos habere diſcipulos. GLO. Triplicit̄ aūt cōtin
git aliquē veritatē nō docere. Primo ex pte ipſius
docentis: qꝛ. ſ. veritatē vel nō nouit: vel nō amat. et
ↄ̄ hoc dicūt: Scim⁹ qꝛ verax es. Secūdo ex pte dei:
cui⁹ timore poſtpoſito quidā veritatē de eo quam
nouerūt: nō pure annūciant. ꝛ ↄ̄ hoc dicūt: Et viam
dei in veritate doces. Tertio ex pte ꝓximi: ex cuius
timore vel amore aliquis veritatē tacet. ꝛ ad hoc ex
cludēdū dicūt: Et nō eſt tibi cura de aliquo. ſ. hoīe.
non enī reſpicis pſonā hoīm. CHRY. in ho. Hoc
de herode ꝛ ceſare occulte inſinuabāt. HIE. Blā
da quidē ꝛ fraudulēta interrogatio illic ꝓuocat rñ
dentē vt magis deuꝫ q̄ꝫ ceſarē timeat. vñ dicūt: Dic
ḡ nobis q̄d tibi videt̄: licet cenſū dari ceſari an nō:
Ut ſi dicat nō debere tributa ſolui: ſtatim audiētes
herodiani: ſeditiōis reū ↄtra romanū pncipē euꝫ te
neāt. CHRYSO. in homel. Quia. n. ſciebāt ꝙ q̄
dam hāc diſcordiā meditātes occiſi erāt: volebant
ꝛ ipſū p ſmones hos in talē ſuſpitionē imittere. Se
quit̄: Cognita aūt ie. neq̄. eoꝝ ait: Quid me tēta. hy
pocrite. CHRY. ſup matth. Non ſm ſmones eo
rū pacificos blāde rñdit: ſed ſm ↄſciaꝫ eoꝝ crudelē
aſpera dixit: qꝛ de⁹ volūtatib⁹ rñdet: non verbis.
HIE. Prima ḡ v̄tus ē rñdentis: interrogantiū men
tes cognoſcere: ꝛ nō diſcipulos ſed tētatores voca
re. Hypocrita ḡ vocat̄ q̄ aliud ē ꝛ aliud ſimulat.
CHRY. ſup matth. Dicit ḡ eis Hypocrite: vt cōſide
rātes eū humanoꝝ cordiū cognitorē: qō facere co
gitabant perficere nō auderent. Uide ḡ ꝙ phariſei
blandiebant̄ vt pderent: ſed ieſus ↄfundebat vt ſal
uaret: qꝛ vtilioꝛ eſt hoī de⁹ iratus q̄ꝫ hō ꝓpitius.
HIE. Sapientia. n. ſemp ſapiēter egit: vt ſuis potiſ
ſimū tētatores ſermonib⁹ ↄfutet̄. Et iō ſeq̄tur: Oſ
dite mihi nūmiſma cenſus. At illi obtulerūt ei dena
riū. Hoc genus nūmi ē qō ꝓ decē nummis cōputa
batur: ꝛ habebat imagineꝫ ceſaris. vñ ſeq̄tur: Et ait
illis ieſus: Cui⁹ ē imago hec ꝛ ſupſcriptio? Qui pu
tāt interrogationē ſaluatoꝛis ignorātiā eē ꝛ nō di
ſpenſationē: diſcant ex pñti loco ꝙ vtiq̄ꝫ poterat ſci
re ieſus cui⁹ imago eēt in nūmo. Sequit̄: Dicūt ei:
Ceſaris. Ceſarē nō putem⁹ auguſtū: ſed tyberiū ſi
gnificari: ſub quo ꝛ paſſus ē dñs. Oēs aūt reges ro
mani a pmo cayo ceſare qui imperiū arripuerat ce
ſares appellant̄. Seq̄tur: Reddite ḡ q̄ ſunt ceſaris
ceſari. i. nūmū tributū ꝛ pecuniā. HYLA. Si enim
nihil qō ceſaris ē penes nos reſederit: ↄditione red
dendi ei q̄ ſua ſūt nō tenebimur. Porro aūt ſi rebus
illi⁹ incūbam⁹: ſi iure ptāt is ſue vtimur: extra q̄relā
iīiurie ē reddere ceſari qō ceſaris ē. CHRY. Tu āt
cū audieris: Reddite q̄ ſūt ceſaris ceſari: illa ſcito eū
dicere ſolū: que in nullo pietati nocent: qꝛ ſi aliq̄d
tale fuerit nō adhuc ceſaris ē: ſꝫ diaboli tributū. De
inde vt nō dicant: q̄ñ hoīb⁹ nō ſubijcis ſubdit: Et q̄
ſūt dei deo. HIE. i. decimas: pmitias: oblatiōes: et
victimas: ſicut ꝛ ipē dñs reddidit ceſari tributa pro
ſe ꝛ petro: ꝛ deo reddidit que dei ſunt: patris faciēs
voluntatē. HYLA. Deo etiam que eius ſūt redde

re nos opoꝛtet. i. coꝛp⁹ ꝛ aīam ꝛ voluntatem. Nu
miſma enī ceſaris in auro ē in quo eſt ei⁹ imago de
picta. Dei nūmiſma hō ē in quo ē dei imago figura
ta. iō diuitias vr̄as date ceſari. deo aūt inocētie vr̄e
ↄſciaꝫ ſuate. ORI. Ex h̄ loco diſcim⁹ ſaluatoꝛ͛ exē
plo: vt nō his q̄ a multis dicunt̄: ꝛ ꝓpterea glioſa vi
dent̄ occaſiōe pietatis attēdam⁹: ſꝫ q̄ ↄueniēt ſ͛ꝫ oꝛ
dinē rōnis dicūt̄. Poſſumus aūt ꝛ moꝛaliter intel
ligē locū iſtū: q̄ñ debem⁹ coꝛpi q̄dā dar̄ q̄ſi tributū
ceſari ꝛ neceſſaria. Quecūq̄ꝫ aūt ſūt ↄueniētia aīari
nature. i. ea q̄ ducūt ad v̄tutē: debem⁹ deo offerre. q̄
ḡ ſupꝛa modū docēt legē dei: ꝛ de reb⁹ debit̄ coꝛpi
nihil curare ſcipiūt ſūt phariſei q̄ reddē ceſari tribu
tū vetebāt: ꝓhibētes. ſ. nubē ꝛ abſtinē a cibis quos
de⁹ creauit. q̄ v̄o ſupꝛa modū eſtimat opoꝛtē coꝛpi
buſ indulgē: ipſi ſūt herodiani. Saluatoꝛ aūt noſter
vult vt nec virt⁹ minoꝛet̄ dū ſupꝛa modū carni ſui
m⁹: nec carnis natura ḡuet̄ dū abūdāti⁹ v̄tutib⁹ ad
herem⁹. Uel pnceps mūdi. i. diabol⁹ dr̄ ceſar. nō. n.
poſſum⁹ reddē deo q̄ dei ſūt: niſi pus reddiderim⁹
pncipi q̄ ſūt ſua. i. niſi depoſuerim⁹ maliciā vniuerſā
Hoc etiā diſcam⁹ ex loco pñti ꝙ ↄ̄ tētantes nec o͛io
tacē debem⁹ nec ſimplicit̄ rñdē: ſꝫ circūſpecte vt pci
dam⁹ occaſionē q̄rentiū ī nobis occaſionē: ꝛ docea
mus irrephēſibiliter q̄ pñt ſaluare volētes ſaluari.
HIE. Qui aūt credere debuerāt ad tātā ſapiaꝫ mi
rati ſūt ꝙ calliditas eoꝝ inſidiādi non inueniſſet lo
cū. vñ ſeq̄tur: Et audiētes mirati ſūt ꝛ relicto eo abie
rūt. Infidelitatē pariter cū admiratiōe repoꝛtātes.

In illa die acceſſerunt ad eum ſa
ducei q dicūt nō eſſe reſurrectionē:
ꝛ interrogauerūt euꝫ dicētes: Ma
giſter: moyſes dixit: Siq̄s moꝛtu⁹
fuerit non habēs filiū: ut ducat fra
ter eius uxoꝛē illius ꝛ ſuſcitet ſemē
fratri ſuo. Erāt aūt apud nos ſeptē
fratres: ꝛ prim⁹ uxoꝛe ducta defun
ctus eſt: ꝛ non habēs ſemē reliquit
uxoꝛem ſuam fratri ſuo. Similiter
ſecūdus ꝛ tertius uſq̄ꝫ ad ſeptimuꝫ
Nouiſſime auteꝫ omniū: ꝛ mulier
defuncta ē. In reſurrectione ergo
cuius erit de ſeptē uxoꝛ: Oēs enim
habuerūt eam. Reſpondens aūt ie
ſus: ait illis: Erratis neſcientes ſcri
pturas neq̄ꝫ uirtuteꝫ dei. In reſur
rectione enī neq̄ꝫ nubēt neq̄ꝫ nuben
tur: ſed erūt ſicut angeli dei in celo.
De reſurrectione aūt moꝛtuoꝝ nō
legiſtis qō dictum eſt a deo dicente
uobis: Ego ſum deus abꝛaā: ꝛ de⁹
iſaac: ꝛ deus iacob. Non ē de⁹ moꝛ

tuoꝝ:ſed uiuentiū. Et audientes
turbe mirabantur in doctrina ei⁹.
CHRY.in ho.Cõfutatis phariſeoꝝ diſcipulis cū
herodianis:ſaducei ſe imittūt:cū tñ ex ꝯfuſiõe poꝝ
eos oporteret effici pigriores:ſed ꝑſumptio interre/
cundū qḋ eſt ꝛ ꝑtinax ꝛ impoſſibilia tẽtans.ꝓpt̃ h̃
ꝛ euãgeliſta ſtupens eoꝝ dementiã:hocipſū ſignifi
cat dicẽs:In illa die acceſ.ad eū ſaducei. CHRY.
ſup matth.Qñ recedebãt phariſei accedebãt ſadu/
cei:forte tali cõſilio ꝙ decertabãt quis eū añ cõpre
hendere poſſet:vel ſi rõne eum non poſſent ſupare:
ſaltẽ ꝑ ipſaꝫ frequẽtiã ſubuerterẽt ſenſū ei⁹. HIE.
Due hereſes erãt in iudeis:vna phariſeoꝝ: ꝛ altera
ſaduceoꝝ.phariſei traditionū ꝛ obſeruationū iuſti/
ciã pferebãt:vnde ꝛ diuiſi vocabãt a populo.ſadu/
cei aūt ꝙ interꝑtãt iuſti:ipi vẽdicabãt ſibi ꝙ nõ erãt
opib⁹ ꝛ corpis ꝛ aïe reſurrectionẽ credẽtib⁹ꝯfiten/
buſqꝫ ꝛ angelos ꝛ ſpũ ſequẽtes iuxta act⁹ apl̃oꝝ
oĩa denegabãt.vñ ꝛ hic dr̃:Qui dicūt reſurrectiõeꝫ
nõ eſſe. ORI. Nõ ſolū aūt carnis reſurrectionem
negabãt:ſed etiam aïe imortalitatem tollebant.
CHRY.ſup matth.Uidens enĩ diabol⁹ qꝛ iuſticiã
dei oĩno extinguere non potuit:introduxit hereſim
ſaduceoꝝ ꝙ dicerẽt nõ ẽẽ reſurrectionẽ mortuoꝝ: ꝙ
res omnẽ ꝓpoſitū faciende iuſticie frangit. ꝗs eniꝫ
ꝯtent⁹ erit aduerſus ſeipſū quotidie luctamina ex/
ercere.i.ad ſpem reſurrectionis aſpicẽ. GRE.xiiii.
mora.Sūt aūt nonnulli ꝯſiderãtes ꝙ ſpūs a carne
ſoluit̃:ꝙ caro in putredinẽ vertit̃: ꝙ putredo ĩ pul
uerẽ reducit̃:ꝙ puluis in elemẽta ſoluit̃ : vt neqꝗꝫ
ab humanis oculis videat̃ reſurrectionẽ fieri poſſe
deſperãt ꝛ dū arida oſſa ĩſpiciūt:hec veſtiri carnib⁹:
ruſūqꝫ ad vitã vireſcẽ poſſe fieri diffidūt. AVG.
in enche. Non aūt perit deo terrena materies:de ꝙ
mortaliū creat̃ caro:ſed in quẽlibet puluerẽ cinerẽ
ſoluatur:in quoſlibet halitus auraſqꝫ diffugiat:in
quãcūqꝫ alioꝝ corpoꝝ ſubſtantiã vel in ipſa elemẽ
ta vertat̃:in quorūcunqꝫ aïaliū aut etiã hominū ci/
bum cedat:carnẽqꝫ mutet̃:anime illi humane ĩ pū
cto tpis reddit̃ ꝙ eã ꝑmitus vt hõ fieret:viueret: cre
ſceret:aïaret. CHRY.ſup matth. Ad defenſiõꝫ ãt
ſui erroris iueniſſe ſe argutiſſimã rõnẽ ſaducei puta
bãt. vñ ſeqt̃:Et int̃.eū dicẽtes:magiſter:moyſes di/
xit:Si ꝗs mortu⁹fuerit. CHRY.in ho.Quia enim
ĩmitigabile malū mors erat apud iudeos : ꝙ oĩa ꝓ
pñti vita faciebant :in legẽ deduxit moyſes defūcti
ſine filijs vxorẽ fratri dari oportere vt defūcto fili⁹
naſceret̃ ex fratre:ꝛ non excideret nomẽ ei⁹qḋ erat
quedã mortis mitigatio.nõ aūt ali⁹ꝗꝫ frater vel ꝓ/
pinqu⁹ videbatur accipe vxorẽ defuncti:qm̃ nõ ita
putaret̃ qui ex tali cõiūctione erat naſcitur⁹ ẽẽ fili⁹
ei⁹ ꝙ obijt:ꝛ iteꝝ extrane⁹ nõ ita haberet neceſſitatẽ
ſtatuere domū eius ꝙ obierat ſicut fratres: cui etiaꝫ
ex cognitiõe hoc facere iuſtū erat.Sequit̃ :Erãt aūt
apud nos ſeptem fratres. HIE.Qui reſurrectionẽ
corpoꝝ nõ credebãt ꝛ aïam putabant interire cum
corporib⁹:recte iſtiuſmõi fingūt fabulam ꝙ delyra
menti arguat eos qui reſurrectionẽ aſſerant mortu
orū.Turpitudinẽ ergo fabule opponūt :vt reſurre/
ctionis denegẽt veritatẽ.vñ cõcludūt: In reſurrecti
one ğ cui⁹ erit?põt aūt fieri vt vere in gẽte eoꝝ hoc

aliqñ acciderit. AVG.de ꝙ.euan. Per hos aūt ſe/
ptẽ frẽs myſtice intelligunt̃ hoĩes impij ꝙ fructū iu
ſticie nõ potuerūt afferre in terra ꝑ oẽs.vij. mundi
etates:quib⁹iſta terra ꝯſiſtit.poſtea enĩ ꝛ ipſa terra
trãſiet ꝑ quã oẽs illi quaſi ſeptẽ ſteriliter trãſierūt.
Seqtur: Rñdens aūt ieſus ait illis:Erratis neſcien/
tes ſcripturas neqꝫ v̾tutẽ dei. CHRY. ſup matth.
Sapiẽter ꝑmū arguit ſtulticiã eoꝝ: qꝛ non legebãt
ſecũdo ignorãtiã:qꝛ nõ cognoſcebãt deū. Ex diligẽ
tia.n.lectiõis naſcit̃ ſciã dei:ignorãtia ãt negligẽtie
filia ẽ. HIE. Propt̃ea ğ errãt qꝛ ſcripturaſ neſciūt
ꝛ qꝛ ſcpturaſ neſciūt ꝯſeqñt igrãt v̾tutẽ dei. ORI.
Duaſ ãt res dic̃ eos neſcire:vnã ꝗdẽ ſcripturas: alte
rã ãt v̾tutẽ dei ꝑ quã reſurrectio fit ꝛ noua vita ĩ ea.
Uel dñs arguẽs ſaduceos neſcire v̾tutẽ dei ſe eos
nõ cognoſcere arguebat.ipſe enĩ erat virt⁹ dei ꝛ nõ
cognoſcebãt eū q̃ſi neſcientes ſcripturas ꝙ loquūt̃
de eo:ꝓpterea nec reſurrectionẽ credebãt quam fa
ctur⁹ fuerat ipſe.Queritur aūt cū ſaluator dicat: Er
ratis neſcientes ſcripturas. q̃ſi dicat:qḋ in ꝗbuſdaꝫ
ſcripturis poſitū ẽ qḋ ſeqtur: In reſurrectione neqꝫ
nubẽt.qḋ ĩ veteri teſtamẽto nõ legit̃ ſcriptuꝫ. Nos
aūt dicim⁹:qꝛ ſcriptū ẽ nõ in ipſis ſermonib⁹ mani
feſte iſta dicẽtib⁹:ſꝫ in myſterio indicantib⁹ ſm̃ in/
tellectū moralẽ:nã cū ſit lex vmbra futuroꝝ bono/
rū:dicens qḋlibet de viriſ ꝛ vxorib⁹:de ſpiritalibus
nuptijs ꝑncipalit̃ dicit:Sꝫ nec h̃ ĩuenio alicubi ſcri
pturã dicentẽ ſcõs poſt exitū fore ſic̃ angelos dei:ni
ſi forte ꝗs ꝛ h̃ moralit̃ intelligat:ſm̃ illud qḋ dicit̃:
Tu aūt ibis ad patres tuos. Itẽ appoſit⁹ eſt ad po/
pulū ſuū. Dicet aūt aliꝗs: Ideo eos increpabat : ꝗa
nõ legebãt ceteraſ ꝙ ſūt extra legẽ: ꝛ iõ errabãt. Ali
us ãt dicit ꝙ neſciebant moyſaice legis ſcripturas :
et eo ꝙ diuinū ſenſū eaꝝ nõ ſcrutabant. CHRY.
ſup matth. Uel qḋ dicit: In reſurrectione neqꝫ nu/
bent:retulit ad hoc qḋ dixerat: Neſcitis virtutẽ dei
Qḋ aūt dixit: Ego ſū de⁹ abraam:ad illud qḋ dixit:
Neſcitis ſcripturaſ. Et ꝗdẽ calũniatorib⁹ ꝑmū opor
tet in aliqua qõne auctoritatẽ ſcripture ꝓferre:dein
de rõnẽ exponere:interrogãtib⁹ ꝑ ignorãtiã ꝑus rõ
nẽ exponam⁹:poſtea auctoritate ꝯfirmem⁹: qm̃ ca
lũniatores ꝯuincere oportet:ĩterrogatores aūt do/
cere.iõ his ĩnrogantib⁹ ꝑ ignorantiã:ꝑus rõnẽ ex/
poſuit dicens: In reſurrectõe. HIE.in hoc aūt qḋ
dicit: Neqꝫ nubent neqꝫ nubent̃. Latina ꝯſuetudo
greco ideomati nõ rñdet. Nubere.n. apud latinos
ꝓprie dicūt̃ mulieres:ſꝫ nos ſimplicit̃ dictuꝫ intelli
gam⁹ ꝙ nubẽ de viris: ꝛ nubi de mulierib⁹dictū ſit
CHRY.ſup matth. In h̃ ꝗdẽ ſctõ qꝛ morimur:iõ
vxoreſ ducim⁹:vt qḋ moriẽdo minuit̃:naſcẽdo ſup
pleat̃.ibi aūt moriẽdi neccitas tollit̃:vñ ꝛ naſcẽdi cã
ſoluta ẽ. HYLA.Et quidẽ ſuffecerat aduerſus ſa
duceos opinionẽ:illecebre corporee receſiſſe ꝛ offi
cijs ceſſantib⁹ĩania hec corpoꝝ gaudia ſuſtuliſſe: ſꝫ
adiecit:Sꝫ ſūt ſic̃ ãgeli dei ĩ celo. CHRY.ĩ ho. Per
qḋ ad ĩnrogatū ꝯueniẽt rñdet:qꝛ.n.hec erat eis cã
eſtimãdi reſurrectionẽ nõ ẽẽ:qꝛ credebãt eãdẽ fore
reſurgẽtiū ꝯditionẽ. Hãc cãm remouit : oñdẽs eos
alterius ꝯditiõis futuros. Notandū v̾o ꝙ cū de ie/
iunijs ꝛ elemoſynis ceteriſqꝫ v̾tutib⁹ſpiritalib⁹locu
tus fuit:nūqꝗ ãgeloꝝ ſiſitudinẽ ĩtroduxit :niſi cū de
abſolutione ꝛ coitu loqueretur:quoniã ſicut oẽs

men facto demōſtratur fragilitas apoſtoloꝝ. qui
enī de ardore fidei promiſerāt ſe mori cum eccleſia
nūc timore fugiūt immemores ſue promiſſiōis. quō
etiā videm⁹ impleri in his qui ꝓ amore dei magna
ſe promittunt facturos: ⁊ poſtmodū nō implent:
non tamē deſperare debēt: ſed cum apoſtolis reſur
gere: ⁊ per penitētiā reſipiſcere. RABA. Myſti
ce autē ſicut petr⁹ qui culpā negatiōis penitētie la
chrymis abluit: recuperatōem eoꝝ oſtēdit: qui a mar
tyrio labunť: ita ceteri diſcipuli fugiētes cautelam
fugiēdi docent eos qui ſe min⁹ idoneos ad toleran
da ſupplicia ſentiūt. Sequiť: At illi tenētes ieſū ↄ
duxerūt ad caypham p̄ncipem ſacerdotū. AVG.
de qne. euā. Sed tamē p̄mo ad annā duct⁹ eſt ſoce
rū cayphe ſicut iohānes dicit: Duct⁹ eſt aūt ligatus
cū adeſſent in illa turba tribun⁹ ⁊ cohors: vt iohā
nes cōmemorat. HIERO. Refert autē ioſephus
iſtum caypham vnius tm̄ anni pontificatū precio
redemiſſe: cuʒ tamen moyſes deo iubente precepe
rit: vt pontifices patribus ſuccederent: ⁊ generati
onis in ſacerdotibus ſeries texeretur. non ergo mi
rum eſt ſi iniquus pontifex iniqua iudicet. RA
BA. Conuenit etiam actōni chaypha. i. inueſtiga
tor vel ſagax ad implendā ſuam nequitiam vel vo
mens ore: quia impudens fuit ad proferendū men
dacium: ⁊ ad perpetrādum homicidiū. Ideo auteʒ
illuc eum adduxerūt: vt cum conſilio omīa facerēt
vnde ſequitur: Ubi ſcribe ⁊ ſeniores cōuenerant.
ORIGE. Ubi cayphas eſt princeps ſacerdotum
illic cōgregantur ſcribe. i. litterati: qui preſunt litte
re occidenti: ⁊ ſeniores non in veritate: ſed in vetu
ſtate littere. Sequitur: Petrus autē ſequebať eum
a lōge. Non enim poterat de proximo eum ſequi:
ſed de lōginquo: nec tamē omnino recedēs ab eo.
CHRY. in ho. Mult⁹ enī erat feruor petri: qui cū
alios fugiētes vidiſſet: nō fugit: ſed ſtetit ⁊ intrauit
Si aūt ⁊ iohānes intrauit: tamē not⁹ erat p̄ncipi ſa
cerdotū. Longe autē ſequebať: quia erat dn̄ʒ nega
turus. REMI. Neq̄ʒ enim negare potuiſſet ſi do
mino ꝓximus adheſiſſet. Per hoc etiā ſignificať qꝛ
petrus dn̄m ad paſſiōem euntē erat ſecutur⁹. i. imi
taturus. AVGV. de cōcor. euange. Significatur
etiam eccleſiam ſecuturaʒ quidem hoc eſt imitatu
ram paſſiōes domini: ſed lōge differēter. eccleſia. n.
pro ſe patitur: at illi pro eccleſia. Sequitur: Et igreſ
ſus intro ſedebat cum miniſtris: vt videret finem.
HIERONY. Uel amore diſcipuli: vel humana
curioſitate ſcire cupiebat quid iudicaret de domi
no pōtifex: vtrum eum neci addiceret: an flagellis
ceſum dimitteret.

Pricipes aũt ſacerdotũ: ⁊ oẽ cõ
ſiliũ q̃rebãt falſũ teſtimoniũ ꝯtra ie
ſũ: ut eũ morti traderẽt: ⁊ nõ iuene
rũt: cũ multi falſi teſtes acceſſiſſent
Nouiſſime autẽ uenerũt duo falſi
teſtes ⁊ dixerũt: Hic dixit: Poſſũ
deſtruere tẽplũ dei: ⁊ poſt triduum
reedificare illud. Et ſurgẽſ pn̄ceps
ſacerdotum ait illi: Nihil rñdes ad
ea q̃ iſti aduerſũ te teſtificãt? Ieſuſ
aũt tacebat. Et pn̄ceps ſacerdotuꝫ
ait illi: Adiuro te ꝑ deũ uiuũ: ut di
cas nobiſ ſi tu es chriſt⁹ fili⁹ dei. Di
cit illi ieſus: Tu dixiſti. Uerũtamẽ
dico uobis: ãmodo uidebitis filiuꝫ
hois ſedẽtẽ a dextris uirtutis dei:
⁊ ueniẽtẽ in nubib⁹ celi. Tũc pn̄cepſ
ſacerdotũ ſcidit ueſtimẽta ſua dicẽſ
Blaſphemauit. Quid adhuc ege
mus teſtib⁹? Ecce nũc audiſtis blaſ
phemiã. Quid uobis uidet̃? At illi
rñdẽtes dixerũt: Reus eſt mortis.
Tunc expuerũt in faciẽ eius: ⁊ cola
phis eũ cederũt. alij autẽ palmaſ in
faciem eius dederũt dicẽtes: ꝓphe
tiza nobis chriſte: qs ẽ q te ꝑcuſſit?

CHRY. in ho. Cõgregatis pn̄cipib⁹ ſacerdotũ: ⁊
oia peſtilẽtie ꝯuẽticula: volebãt ſuis inſidijs iudi
cij formã iponere. vñ dicit̃: Pri. aũt ſacer. ⁊ oẽ cõſi.
quere. fal. teſti. cõtra ie. vt eũ mor. traderẽt. Sed ꝙ
fictũ erat iudiciũ: ⁊ oia tumult⁹ ⁊ turbatõis plena:
manifeſtat̃ ꝑ hoc qḋ ſubdit̃: Et nõ inue. cũ m̄l. falſi
teſtes acceſſiſſet. ORIGE. Falſa eni teſtimonia
tũc locũ habẽt: qñ cũ calore aliquo ꝓferũt̃. Sꝫ nec
color inueniebat̃ qui poſſet cõtra ieſum adiuuare
mẽdacia: q̃uis eẽnt multi grãm tribuere volentes
pn̄cipib⁹ ſacerdotũ: qḋ maximã laudẽ exhibet ieſu:
qui ſic oia irrepheñſibilr̃ dixit ⁊ fecit: vt nullã veriſi
militudinẽ inuenirẽt in eo repheñſiõis ⁊ mali ⁊ m̄l
ti aſtuti. Sequit̃: Nouiſſime aũt vene. du. fal. teſtes
⁊ dixe. hic dixit: poſ. deſtru. tẽ. dei: ⁊ poſt tri. ree. illõ
HIERO. Quõ aũt falſi teſtes ſunt: ſi ea dicunt q̃
dñm dixiſſe legim⁹? Sed falſus teſtis eſt qui nõ eo
dẽ ſenſu dicta intelligit: quo dicũt̃. dñs eni dixerat
de tẽplo corpis ſui: ſed in ipis verbis calũniant̃: vt
paucis additis vel mutatis quaſi iuſtã calũniã faci
ant. Saluator dixerat: Soluite tẽplũ hoc. iſti com
mutãt ⁊ aiũt: Poſſum deſtruere templũ dei. Uos
inquit ſoluite: nõ ego: quia illicitũ eſt vt nobiſipſis
inferam⁹ manus. deinde illi vertũt: Et poſt triduũ
reedificare illud vt prope de tẽplo iudaico dixiſſe vi
deretur. dñs autẽ vt oñderet animale ⁊ ſpirãs tem
plũ dixerat: Et ego in triduo reſuſcitabo illud. aliḋ
eſt edificare: aliud ſuſcitare. CHRY. in home. Sꝫ
quare nõ attulerũt in mediũ accuſatõem de ſolu
one ſabbati? quia multotiẽs eos ſup hoc cõfutaue
rat. HIERO. Ira aũt pceps ⁊ impatiẽs nõ inue
niẽs calũnie locũ: excutit de ſolio põtificẽ: vt vela
niam mẽtis motu corpis demõſtraret. vnde ſequit̃
Et ſur. pn̄ceps ſacer. ait illi: Nihil reſpõdes ad ea q̃
iſti aduer. te teſtificant? CHRY. in homel. Hoc
aũt dixit volẽs ab eo inexcuſabilẽ reſpõſiõem elice
re: vt ex ipa eum caperet. Inutilis aũt erat excuſati
onis reſpõſio: nullo eam exaudiẽte. Et ideo ſequit̃:
Ieſus aũt tacebat. Etenĩ ſolũ figura iudicij ibi erat
in veritate autẽ latronũ erat incurſus ſicut in ſpe
lunca: ⁊ ideo ſilet. ORIGE. Ex hoc aũt loco diſci
mus cõtẽnere calũniantiũ ⁊ falſorũ teſtiũ voces: vt
nec reſpõſione dignos eos habeam⁹ qui nõ conue
nientia dicũt aduerſus nos: maxime vbi maius eſt
libere ⁊ fortiter ſilere: q̃ꝫ defẽdere ſine vllo ꝓfectu.
HIERO. Sciebat enĩ quaſi deus quicq̄d dixiſſ
torquẽdũ ad calũniã. Quãto ergo ieſus magis tace
bat ad indignos reſpõſiõe ſua falſos teſtes ⁊ ſacer
dotes impios: tãtomagis põtifex furore ſupat⁹ eũ
ad reſpõdendũ ꝓuocat: vt ex qualibet occaſiõe ſer
monis locũ inueniat accuſandi. vñ ſequit̃: Et prin.
ſacer. ait illi: Adiuro te ꝑ deũ viuũ vt di. no. ſi tu es
chriſt⁹ filius dei. ORIGE. In lege quidẽ adiurã
di vſum aliquotiẽs inuenim⁹. eſtimo autẽ quoniã
nõ oportet vt vir qui vult ſm euangeliũ viuere ad
iuret alterũ. Si enĩ iurare nõ licet nec adiurare: ſed
⁊ qui reſpicit ieſum imperantẽ demonib⁹ ⁊ poteſta
teꝫ dantẽ diſcipulis ſuper demonia: dicet ꝙ ſm po
teſtatẽ datam a ſaluatore nõ eſt adiurare demõia.
Princepſ autẽ ſacerdotũ peccatũ faciebat inſidiãs
ieſu: ⁊ ideo imitabat̃ ꝓpriũ patrẽ: qui bis dubie in
terrogauit ſaluatorẽ: Si tu es chriſt⁹ fili⁹ dei. vnde
quis recte dicere poteſt quoniã dubitare de filio
dei vtrũ ipe ſit chriſt⁹: opus diaboli eſt. Non dece
bat autẽ dominũ ad adiuratõeꝫ pn̄cipis reſpõdere
ſacerdotũ quaſi vim paſſum: ꝓpter quod nec dene
gauit ſe filiũ dei eſſe: nec manifeſte ꝯfeſſus eſt. vñ ſe
quit̃: Dicit illi ieſus: tu dixiſti. Nõ. n. erat dign⁹ chri
ſti doctrina: ꝓpterea nõ eũ docet: ſed verbũ oris ei⁹
accipiẽs: in redargutõem ipi⁹ cõuertit. Sequit̃: Ue
rũtamẽ dico vo. ammo. vide. filiũ homi. ſedẽ. a dex.
virtutis dei. Uidetur mihi quoniã firmitatẽ quan
dam regaleꝫ ſignificat ſeſſio filij hominis. iuxta vir
tutẽ ergo dei qui ſol⁹ eſt virt⁹ fundat⁹ eſt qui acce
pit omnẽ poteſtatẽ a patre ſicut in celo ⁊ in terra.
Erit aũt quãdo hãc fundatõem videbũt etiã aduer
ſarij ꝙ a tpe diſpẽſatõnis incepit impleri. Uiderũt
enĩ ei⁹ diſcipuli eũ reſurgentẽ a mortuis ⁊ ꝑ hoc vi
derũt eũ fundatũ ad dextrã virtutis. Uel ꝙ ſm lõ
gitudinẽ ſempiternã que eſt apud deũ a ꝯſtõe mũ
di vſq̃ ad finẽ eſt vn⁹ dies. Nihil ergo mirũ ꝙ di
cit ſaluator: Ammodo. ſpaciũ eſt breuiſſimũ vſq̃ ad
finẽ oſtẽdẽs. ⁊ nõ ſolũ ſedẽtẽ eũ ad dextrã virtutis
viſuros prophetabat: ſed etiam venientẽ in nubib⁹
celi. vnde ſequit̃: Et veni. in nubibus celi. De nubes
ſunt ꝓphete ⁊ apoſtoli chriſti: quib⁹ mãdat pluere
cum oportet: ⁊ ſunt nubes celi non tranſeuntes: q̃

portantes imaginem celeſtis: ⁊ digne ſunt vt ſint ſedes dei quaſi heredes dei ⁊ coheredes chriſti. HIERO. Pōtificē autē de ſolio ſacerdotali fu-roꝛ excuſſerat: eadē rabies ad ſcindēdū veſtes ꝓuo-cat. vnde ſequit̄: Tūc p̄nceps ſacerdo. ſcidit veſtimē-ta ſua dicēs: Blaſphemauit. Conſuetudinis enī iu-daice eſt: ꝙ cū aliquid blaſphemiū ⁊ quaſi contra deū audierit: ſcindāt veſtimēta ſua. CHRY. ī ho-me. Hoc igit̄ fecit vt accuſatōnem redderet grauio-rē: ⁊ quod verbis dicebat: factis extolleret. HIE. Per hoc autē ꝙ ſcidit veſtimēta ſua: oſtēdit iudeos ſacerdotalē gloꝛiā ꝑdidiſſe: ⁊ vacuā ſedē habere pō-tificis. Dum enī veſtē ſibi diſcidit: ip̄m quo tegeba-tur velamētū legis abrupit. CHRY. in homelia: Cum ergo ſcidiſſet veſtimēta ſua: nō fecit ſentētiā a ſeipſo ſed ab alijs eam exquirit dicēs: Quid vobis videt̄: Sicut in cōfeſſis peccatis ⁊ blaſphemia ma-nifeſta fieri ſolet: ⁊ quaſi cogēs ⁊ violentiā inferēs ad ſentētiā ꝓferēdā preuenit auditoꝛē dicēs: Quid adhuc egem⁹ teſtibus: Ecce nūc audi. blaſphemiā: Que aūt fuit illa blaſphemia: Etenī ante eis cōgre-gatis dixerat: Dixit domin⁹ dn̄o meo: ſede a dextꝛis meis: ⁊ interp̄tat⁹ eſt eis ⁊ ſiluerūt: nec decetero cō-tradixerūt: qualiter ergo nūc qđ dictū eſt blaſphe-miam vocāt: Sequit̄: At illi reſpōdētes dixerunt: Reus eſt mortis. Ipſi accuſantes: ipſi diſcutientes: ipſi ſniam ꝓferētes. ORIGE. Quātū putas fuit erroꝛis: ip̄am p̄ncipalē omniū vitā reā mortis p̄nū-ciare: ⁊ p̄ tantorū reſurgētiū teſtimonia: nō reſpice-re fontē vite de quo in oēs reſurgētes vita fluebat. CHRY. in home. Ut aūt venatōem inuenientes ita ſuam demōſtrabāt ebrietatē: ⁊ inſania ferebāt. Sequit̄: Tūc expue. in fa. eius: ⁊ cola. eū ceciderūt. HIERO. Ut cōpleret̄ quod dictū eſt: Dedi ma-xillā meā alapis: ⁊ faciē meā nō auerti a cōfuſione ſputorū. Sequit̄: Alij aūt pal. in faci. ei⁹ dede. dicē. Propheti za no. chriſte: quis eſt qui te percuſſit: GLO. In cōtumeliā enī hoc dicit̄: qui ſe ꝓphetā haberi voluit a populis. HIERO. Stultū autē erat verberātib⁹ reſpōdere ⁊ ꝓphetare cedētē: cum palam ꝑcutiētis inſania videret̄. CHRY. ī home. Attēde aūt ꝙ euāgeliſta cū ſumma diligētia que vi-dent̄ eſſe exꝓbratiſſima exponit: nihil occultans aut verecūdans: ſed gloꝛiā exiſtimās maximā: domi-natoꝛē oꝛbis terrarū pro nobis talia ſuſtinere. Hoc aūt legam⁹ cōtinue: hoc noſtre mēti inſcribamus ⁊ in his gloꝛiemur. AVGV. de queſti. euāg. Quod autem dictū eſt: Expuerūt in faciē eius. ſignificauit eos qui p̄ſentiā gratie eius reſpuūt. Item tanq̄ȝ co-laphis euȝ cedūt: qui ei honoꝛes ſuos preferūt. Pal-mas in faciē eius dant: qui perfidia cecati: eum nō veniſſe affirmāt: tanq̄ȝ p̄ſentiā eius exterminātes ⁊ repellētes.

Petrus uero ſedebat foꝛis in a-trio: ⁊ acceſſit ad euȝ una ancilla di-cens: Et tu cū ieſu galileo eraſ. At ille negauit coꝛā omnib⁹ dicēs: Ne-ſcio quid dicis. Exeūte autē illo ia-nuam: uidit eū alia ancilla: ⁊ ait hiſ qui erant ibi: Et hic erat cū ieſu na-zareno. Et iterū negauit cum iura-mēto: quia nō noui hominē. Et p⁹ puſillū acceſſerūt qui ſtabāt ⁊ dixe-runt petro: Uere tu ex illis eſ. Nā ⁊ loq̄la tua manifeſtū te facit. Tūc cepit deteſtari ⁊ iurare: quia nō no-uiſſet hominē. Et continuo gallus cātauit. Et recoꝛdatus eſt petrus uerbi ieſu quod dixerat: p̄uſq̄ȝ gal-lus cātet: ter me negabis. Et egreſ-ſus foꝛas fleuit amare.

AVGV. de con. euā. Inter p̄dictas dn̄i ɔtume-lias trina negatio petri facta eſt: quā nō oēs euan-geliſte eodē oꝛdine narrāt. Lucas eīȝ explicat prius tētatōem petri: tūc demū cōtumelias dn̄i. Sȝ mat-theus ⁊ marc⁹ eas p̄mo cōmemoꝛāt: ⁊ deinde petri tentatōem. Sic enī hic ſequit̄: Petr⁹ vero ſedebat foris in atrio. HIERO. Foꝛis ſedebat vt videret exitū rei: ⁊ nō appropiquabat ieſu: ne miniſtris ali-qua ſuſpicio naſceret̄. CHRY. in homel. Et qui quādo detentū magiſtrū vidit ſolū: ita efferbuit vt gladiū euaginauerit: ⁊ auriculā abſciderit: quando cōtumelias chriſti audiuit negatoꝛ efficitur: ⁊ vilis puelle minas non ſuſtinet. Sequit̄ enī: Et acceſſit ad eum vna ancilla dicēs: Et tu cū ieſu gali. eras. RABA. Quid ſibi vult quia p̄ma eū ꝓdit ancilla cū viri magis euȝ potuerit recognoſcere: niſi ꝙ iſte ſexus peccare in nece dn̄i videret̄: vt eius paſſiōe re-dimeret̄. Sequit̄: At ille negauit coꝛā omnib⁹ dicēſ Neſcio quid dicis. Palā coꝛam omnib⁹ negauit: quia ſe manifeſtare expauit qđ dicebat̄ ſe neſcire: reſpondit: quia pro ſaluatoꝛe adhuc moꝛi noluit. LEO papa in ſer. de paſ. Ob hoc aūt ſicut appareȝ heſitare permiſſus eſt: vt in eccleſie p̄ncipe remediū penitētie conderet̄: ⁊ nemo auderet de ſua virtute confidere: quādo mutabilitatis periculū: nec btūs petrus potuiſſet euadere. CHRY. in home. Non ſolum autē ſemel ſed et ſecūdo ⁊ tertio negat ī bre-ui tempe. vnde ſequit̄: Exeūte aūt eo ianuā: vidit eū alia ancilla ⁊ ait his qui erāt ibi: Et hic erat cū ieſu nazareno. AVGV. de con. euāge. Intelligit̄ autē ꝙ poſtq̄ȝ exijt foꝛas cum iam ſemel negaſſet: galluſ cātauit primū quod marcus dicit. CHRY. in ho-me. Ut oſtēdat ꝙ neq̄ȝ vox galli eum a negatōe de-tinuit: neq̄ȝ in memoꝛiā ſue promiſſiōis reduxit. AVGV. de concoꝛ. euange. Non autē foꝛis an-te ianuam iterum negauit: ſed cum rediſſet ad focū neq̄ȝ enī iam exierat ⁊ foꝛis eum vidit altera ancil-la: ſed cum exiret eum vidit. i. cum ſurgeret ⁊ exiret animaduertit: ⁊ dixit his qui erant ibi. i. qui ſimul aderāt ad ignem in atrio: Et hic erat cum ieſu naza-reno. Ille autē qui foꝛas exierat: hoc audito regreſ-ſus eſt: vt ſe quaſi purgaret negando. Uel quod eſt credibilius: non audiuit quod de eo dictum fuerat cum foꝛas exiret: et poſteaq̄ȝ rediſt quod dictuȝ eſt ei quod lucas commemoꝛat. Sequitur: Et iterum

negauit cum iuramēto: quia non noui hominē.
HIE. Scio quoſdā pio affectu erga apoſtolū petri locū hūc ita interptatos: vt diceret petrū hominem negaſſe: nō deū: ⁊ eſſe ſenſum: Neſcio hoīem. quia ſcio deū. Hoc ꝗ̄ friuolū ſit: prudēs lector itelligit. ſi enī iſte nō negauit: ergo mētitꝰ eſt dominus qui dixerat: Ter me negabis. RAB. In hac aūt negatōe petri dicimꝰ nō ſolū abnegare chriſtū: qui dicit eū non eſſe chriſtū: ſed qui eū ſcit negat ſe eſſe chriſtianū. AVG. de cō. euāg. Nūc iam de tertia negatōne inſpiciamꝰ. Sequit̄ enī: Et poſt puſil. acceſ. qui ſta. ⁊ dixe. petro: Uere ⁊ tu ex illiſ es. Lucas aūt dixit: Interuallo facto quaſi hore vniꝰ vt eum cōuicāt. cōſequēter adiūgūt: Nā ⁊ loquela tua manifeſtū te facit. HIE. Nō quo alteriꝰ ſermōis eēt petrꝰ aut gētis externe: omēs quippe hebrei erāt et qui arguebāt: ⁊ qui arguebat̄: ſed quo vnaqueq; prouicia hab; ꝓprietates ſuas ⁊ vernaculū loquēdi ſonū vitare nō poſſit. REMI. Uide aūt ꝗ̄ ſint noxia prauoꝝ hoīm colloquia: ipa quippe coegerunt petrū negare dn̄m: quē pus cōfeſſus fuerat eſſe dei filiū. Sequit̄ enī: Tūc cepit deteſtari ⁊ iurare: quia nō nouiſſet hoīem. RABA. Nota quia pⁱmū ait Neſcio quid dicis. ſecūdo cum iuramēto negat. tertio cepit deteſtari ⁊ iurare: quia nō nouit hominē. Perſeuerare quippe in peccato dat incremētū ſcelerū: ⁊ quia minima ſpernit: cadit in maiora. REMI. Spiritaliter aūt per hoc ꝙ petrꝰ ante pⁱmū galli cantū negauit: illi deſignāt̄ qui ante chriſti reſurrectōem nō credebāt eū eſſe deū eiꝰ morte turbati. Per hoc aūt ꝙ poſt galli cantum negauit: illi deſignātur qui in vtranq; dn̄i nām ⁊ ſm̄ deū ⁊ ſm̄ hominē errant. Per pⁱmā aūt ancillā deſignat̄ cupiditas: per ſecundā carnalis delectatio: per illos qui aſtabant demones intelligūtur: his enī trahuntur hoīes ad chriſti negatōem. ORIGE. Uel ꝑ pⁱmā ancillā intelligit̄ ſynagoga iudeoꝝ: qui frequēter compulerūt denegare fideles: per ſecundā congregatio gentiū: qui etiā perſecuti ſunt chriſtianos: ꝑ tertiaz ſtātes in atrio miniſtri hereſum diuerſarū. AVGV. de que. euan. Ter etiā petrꝰ negauit: nā ⁊ error hereticoꝝ de chriſto tribꝰ generibꝰ terminatur. Aut enī ex diuinitate: aut humanitate: aut de vtroq; fallunt̄. RAB. Poſt tertiā aūt negatōnē ſequit̄ galli cantꝰ: ⁊ hoc eſt quod ſubdit: Et cōti. gallus cātauit. Per quē; doctor eccleſie intelligit̄ qui ſomnolētos increpans ait: Euigilate iuſti: ⁊ nolite peccare. Solet aūt ſacra ſcriptura ſepe meritū cauſarū per ſtatū deſignare temporū. vnde petrꝰ qui media nocte peccauit: ad galli cantū penituit. vnde ſequit̄: Et recordatꝰ eſt petrꝰ verbi ieſu quod dixerat: Priuſq; gallus cantet: ter me negabis. HIERO. In alio euāgelio legimꝰ ꝙ poſt negatōnem petri ⁊ galli cantū reſpexit ſaluator petrū: ⁊ intuitu ſuo eū ad amaras lachrymas ꝓuocauit: non enī fieri poterat vt in negatōis tenebris pmaneret: quē lux reſpexerat mūdi. vnde ⁊ hic ſequit̄: Et egreſſus foras fleuit amare. In atrio enim cayphe ſedēs nō poterat agere penitentiā. vnde foras egredit̄ de impioꝝ cōſilio vt pauide negatōis ſordes amaris fletibꝰ lauet. LEO papa: Felices o apoſtole ſancte lachryme tue: que ad diluendā culpā negatiōis: virtutē ſacri habuere baptiſmatiſ. Affuit enī dextra domini ieſu chriſti: qui labentē te priuſq; deciperēris: ⁊ firmitatem ſtandi in ipo cadēdi ꝑiculo recepiſti. cito itaq; ad ſoliditatē rediit petra: tanq; recipiēſ fortitudinē vt qui tūc in chriſti expauerat paſſione: in ſuo poſt ſupplicio nō timeret: ſ; cōſtās pmaneret. XXVII

Mane autē facto: cōſiliū inierūt oēs pⁱncipes ſacerdotū ⁊ ſenioreſ populi aduerſus ieſum: ut eū morti traderēt. Et uinctū adduxerūt eū: ⁊ tradiderūt pōtio pilato preſidi. Tūc uidēs iudas qui eū tradidit ꝙ dānatus eēt: penitētia ductus retulit trigīta argenteos pⁱncipibꝰ ſacerdotū ⁊ ſenioribus dicēs: Peccaui: tradēs ſanguinē iuſtū. At illi dixerūt: Quid ad nos? Tu uideris. Et proiectis argēteis in templo receſſit: ⁊ abiens laqueo ſe ſuſpendit.

AVGV. de con. euange. Cōtexuerat ſuperius euangeliſta narratiōe; in his que cū domino acta ſunt vſq; ad mane. Sed poſtea rediit ad narrandū petri negatōem: qua terminata rediit ad mane: vt inde cetera cōtexeret. Et hoc eſt quod dicit̄: Mane autē facto conſiliū inierunt omnes pⁱncipes ſacerdotū ⁊ ſeniores populi aduerſus ieſum: vt eum morti traderēt. ORIGE. Putātes per mortem extiguere eius doctrinā ⁊ fidem apud eos qui crediderūt in eum quaſi in filiū dei. Talia autē conſiliantes: alligauerūt ieſum ſoluentē a vinculis. vnde ſequitur: Et vinctū adduxerūt eum: ⁊ tradiderūt pōtio pilato pſidi. HIERO. Uide ſollicitudinem ſacerdotū in malum. tota nocte vigilarūt vt homicidium facerēt: ⁊ vinctum tradiderūt pilato. Habebant enim hunc morem: vt quē adiudicaſſent morti: ligatū iudici traderēt. RABA. Attamē notandum ꝙ non tūc pⁱmū ligauerūt: ſed mox comprehenſum in orto: vt iohānes declarat. CHRY. in home. Ideo autē eum non occulte interfecerūt: quia nō habebāt eius glorie detrahere. multi enī eū admirabātur: ⁊ propter hoc ſtuduerūt publice et coram hominibus eum occidere: ⁊ ideo ad pſidē duxerūt. HIERO. Uidens autē iudas dominū adiudicaſſe morti: preciū retulit ſacerdotibꝰ: quaſi in poteſtate ſua eſſet perſecutorū immutare ſententiam. vnde ſequitur: Tunc videns iudas qui tradit eum ꝙ damnatus eſſet: penitētia ductus retulit trigīta argēteoſ pⁱncipibꝰ ſacerdotū ⁊ ſenioribus populi dicēs: Peccaui: tradēs ſanguinē iuſtum. ORIGE. Reſpōdeant mihi qui de naturis quādā fabulas introducūt: vnde ē ꝙ iudas cognoſcēs peccatū ſuū dixit: Peccaui: tradēs ſanguinē iuſtum: niſi ex bona plātatōe mētis ⁊ ſeminatōe virtutis q̄ ſeminata eſt in q̄libet rōnali aīa: quā non coluit iudas: ⁊ iō cecidit in tale pctm̄. Si aūt nature perditi

eſt aliquis hominū: magis huiuſ nature fuit iudas. Et ſiquidē poſt reſurrectōem chriſt⁹ hoc dixiſſet iudas: forſitā erat dicēdū qm̄ cōpulit eū penitere de peccato ip̄a virt⁹ reſurrectōis. Nūc aūt vidēs eum traditū eſſe pilato penituit: forſitan recordat⁹ q̄ frequēter ieſus dixerat de ſua reſurrectōe futura. Forſitā ⁊ ſathanas qui ingreſſuſ in eū fuerat: pſto fuit ei donec ieſuȝ traderet pilato. Poſtq̄ȝ aūt fecit qđ voluit receſſit ab eo: quo recedēte pn̄iam cepe potuit. Sed quō vidit iudas qm̄ cōdēnat⁹ eſt: nōduȝ enī a pilato fuerat interrogat⁹: forſitā dicet aliq̄s qm̄ ꝯſideratōe mētis ſue vidit exitū rei ex eo ꝙ traditū aſperit. Ali⁹ āt dicet: qm̄ qđ ſcriptū ē: Uidēſ iudas qꝛ ꝯdēnat⁹ eſt. ad iudā referſ: tūc enī ſenſit maliū ſuū: ⁊ intellexit ſe ꝯdēnatū. LEO pa. Dicendo enī: Peccaui tradēs ſanguinē iuſtū. in impietatꝭ ſue pfidia pſtitit: qui ieſum nō dei filiuȝ: ſed nr̄e tm̄mō ꝯditōis hoiem: etiā inter extrema mortis ſue picula credidit: cui⁹ flexiſſet miam ſi eius oīpotētiā nō negaſſet. CHRY. in home. Uide aūt qm̄ pn̄iaȝ agit qm̄ cōpletū eſt ⁊ finē accepit peccatū. Nō enī pmittit diabol⁹ eos qui nō vigilāt videre malū an̄q̄ȝ pficiat. Sequiſ: At illi dixerūt: Quid ad nos: tu videris. Ac ſi dicāt: Quid ad nos ptinet ſi iuſt⁹ ē: tu videris .i. op⁹ tuū quale ſit manifeſtabiſ. Quidā aūt cōiunctim voluerūt legere hec verba vt ſit ſenſuſ: cui⁹ eſtimatōis deputaris apud nos qui eū quē tradidiſti: iuſtū cōfiteris: ORIG. Recedēte autē ab aliquo diabolo: obſuat tēpuſ iterū: ⁊ poſtq̄ȝ cognouerit ⁊ ad ſecūdū peccatū induxerit: obſuat etiā tertie deceptōis locū. Sicut ille qui p̄mo vxorē pr̄is habuit de h̄ malo poſtea penituit. Sed poſtea diabol⁹ voluit hācip̄aȝ triſticiā exaggerare vt ip̄a triſticia abūdātior facta abſorberet triſtātē. Siꝉe aliq̄d factuȝ ē in iuda. Poſtq̄ȝ .n. penituit nō ſeruauit cor ſuū: ſed ſuſcepit abūdantiorē triſticiā a diabolo ſibi ſubmiſſam: qꝛ voluit eū abſorbere. vn̄ ſequiſ: Et abiēs laq̄o ſe ſuſpēdit. Si aūt locū pn̄ie req̄ſiſſet: ⁊ tp̄s pn̄ie obſeruaſſet: forſitā inueniſſet eū qui dixit: Nolo mortē pctōris. Uel forte exiſtimauit p̄uenire magiſtruȝ moriturū: ⁊ occurrere ei cum aīa nuda vt cōfitēs ⁊ dep̄cās miam mereret: nec vidit qꝛ nō cōuenit ſeruū dei ſeip̄m expellere de hac vita: ſed expectare dei iudiciū. RABA. Suſpēdit aūt ſe laq̄o: vt ſe oſn̄deret celo terreq̄ȝ peroſum. AVG. de queſ. no. ⁊ ve. teſta. Sed occupatis p̄ncipib⁹ ſacerdotū ad necem dn̄i a mane vſq̄ȝ ad horā nonā quō iudeis retuliſſe preciū ſanguinis qđ accepat ante crucē dn̄i ꝓbaſ ⁊ dixiſſe illis ī tēplo: peccaui ꝙ tradideri ſanguineȝ iuſtū: cū cōſtet oēs p̄ncipes ⁊ ſeniores an̄ paſſiōem dn̄i nō fuiſſe in tēplo. Quippe cū in cruce poſito inſultarent ei. Nec .n. fide pōt ꝓbari: qꝛ ante paſſionē dn̄i relatū eſt cū ſine m̄lta que ante facta ꝓbātur: ⁊ nouiſſima ordināſ. Sed ne forte poſt horā nonaȝ factū ſit: vt vidēs iudas occiſuȝ ſaluatorē: ⁊ ob hoc velū tēpli ſciſſum: terrā tremuiſſe: ſaxa fiſſa: elemēta cōterrita: ip̄o metu corrept⁹ doluerit. Sed poſt horam nonā occupati erāt vt exiſtimo ſeniores ⁊ p̄ncipes ſacerdotū ad celebratōnem paſche. Sabbato aūt ſm̄ legē nō licet nūmos portare: ac p hoc non ē probabile apud me quo die immo tēpore laqueo vitam finierit iudas.

Principes autēȝ ſacerdotū acceptis argēteis dixerūt: Nō licet eos mittere in corbonā: quia preciū ſanguiniſ eſt. Cōſilio aūt īito: emerūt ex illis agrū figuli in ſepulturā peregrinorū: ꝓpter hoc uocat⁹ eſt ager ille acheldemach: hoc eſt ager ſāguinis: uſq̄ȝ in hodiernū diē. Tunc impletū eſt quod dictū eſt p hieremiā ꝓphetā dicētē: Et acceperūt triginta argēteos ꝑciū appꝑciati quē appreciauerūt a filijs iſrł: ⁊ dederūt eos i agrū figuli: ſicut ꝯſtituit mihi dn̄s.

CHRY. in home. Quia p̄ncipes ſacerdotū nouerant ꝙ occiſiōem emerāt a propa cōſciētia cōdemnati fuerūt: ⁊ ad hoc oſtēdendū ſubdit euāgeliſta. P̄ncipes aūt ſacerdotū acceptis argēteis dixerunt Non licet eos mittere in corbonā: quia preciū ſanguinis eſt. HIE. Uere culicē liquētes ⁊ camelum glutiētes. ſi enī ideo non mittūt pecuniā in corbonā hoc eſt in gazophylatiū ⁊ dona dei: quia p̄ciūm ſanguinis eſt: cur ip̄e ſanguis effundiſ? ORIG. Uidebāt autē quoniā circa mortuos magis eaȝ pecuniā cōueniebat expendi que preciū ſanguis erat. Sed quia ⁊ inter loca mortuorū ſunt differētie: vſi ſunt precio ſanguinis ieſu ad cōparationē agri figuli alicuius: vt in eo pegrini ſepelianſ: non ſm̄ votum ſuū in monumētis paternis. vnde ſequiſ: Cōſilio aūt inito emerūt ex illis agrū figuli in ſepulturā peregrinorū. AVG. in ſer. de ce. do. Prouidentia aūt dei factū puto vt preciū ſaluatoris nō peccatoribus ſumptū prebeat: ſed peregrinis requiē ſubminiſtret: vt iam exinde chriſt⁹ ⁊ viuos ſanguinis ſui paſſione redimat: ⁊ mortuos precioſa paſſiōe ſuſcipiat. Precio ergo dominici ſanguinis ager figl̄i cōparaſ. Legim⁹ in ſcripturis ꝙ toti⁹ generis hūani ſalus redempta ſit ſanguine ſaluatoris. Ager ergo iſte mundus hic totus eſt. Figulus autē qui mundi poſſit habere dominatū: ipſe eſt qui vaſcula corporis noſtri fecit de limo. Iſtius itaq̄ȝ figuli ager chriſti ſanguine emptus eſt: peregrinis inquaȝ qui ſine domo patria ⁊ toto orbe exules iactabanſ: requies chriſti ſanguine prouideſ. Iſtos autē pegrinos eſſe dicimus deuotiſſimos chriſtianos: qui renunciantes ſeculo: nihil poſſidētes in mundo: in chriſti ſanguine requieſcūt. Sepultura enim chriſti nihil aliud eſt q̄ȝ requies chriſtiani. Conſepulti enim ſumus: ſicut ait apoſtolus cuȝ illo per baptiſmum in morte. Nos ergo peregrini in hoc mundo ſumus: ⁊ tanq̄ȝ hoſpites in hac luce verſamur. HIERO. Qui etiam peregrini eramus a lege et prophetis praua iudeoꝝ ſtudia ſuſcepimus in ſalutem. ORIGE. Uel peregrinos dicimus qui vſq̄ȝ ad finem extranei ſunt a deo: nam iuſti conſepulti ſunt chriſto ī monumēto nouo qđ exciſū ē ī petra. Qui aūt alieni ſunt: a deo vſq̄ȝ in finē ſepulti ſunt

in agro figuli operātis lutū: qui precio ſanguis eſt
comparat⁹: ⁊ ager ſanguinis nominaẗ. vnde ſeq̄tur
Propter hoc vocat⁹ eſt ager ille acheldemach: hoc
eſt ager ſanguinis vſq₃ in hodiernā diem. GLO.
Quod referendū eſt ad temp⁹ quo euāgeliſta h̄ ſcri
pſit. deinde cōfirmat idē ꝓphetico teſtimonio di.
Tunc impletū eſt quod dictū eſt per Iſaiā prophe
tam dicentē: Et acceperūt trigīta argēteos preciuꝫ
appreciati quē appreciauerūt a filijs iſrael: ⁊ dede-
runt eos in agrū figuli: ſicut conſtituit mihi domi
nus. HIERO. Hoc in hieremia penitus non in-
uenitur: ſed in zacharia qui penultimus eſt duode-
cim prophetarū quedaꝫ ſimilitudo refertur: ⁊ q̄q₃
ſenſus non multū diſcrepet: tamē ordo ⁊ verba di-
uerſa ſunt. AVGV. de cōcor. euāge. Siquis ergo
putat ideo fidei euāgeliſte aliquid derogandū: pri-
mo nouerit non omnes codices euangelioꝝ habe
re: q̄ per hieremiā dictū ſit: ſed tm̄modo per ꝓphe
tam. Mihi autē hec non placet defenſio: quia et
plures codices habēt hieremie nomen ⁊ antiquio-
res: ⁊ nulli fuit cauſa cur adderet hoc nomē: ⁊ mē-
doſitas fieret. Cur autē tolereẗ fuit vtraq₃ cauſa vt
hoc audax imperitia faceret: predicta queſtiōe tur
bata. Potuit autē fieri vt animo matthei euāgeliū
ſcribētis: pro zacharia hieremias occurreret: vt fie-
ri ſolet: quod tamē ſine vlla dubitatōne emēdaret
ſaltem ab his admonitus: qui ipo adhuc in carne
viuente hec legere potuerūt: niſi cogitaret recorda-
tionis ſue que ſpirituſancto regebatur: non occur-
riſſe aliud pro alio nomē prophete: niſi quia domi
nus hoc ita ſcribi cōſtituit. Cur autē conſtituerit:
prima cauſa eſt: quia ſic inſinuaẗ ita omnes ꝓphe
tas vno ſpiritu locutos: mirabili inter ſe conſenſio-
ne conſtare: vt hoc multo amplius ſit: q̄ ſi omniū
verba prophetarū vno vnius hominis ore demon-
ſtrētur. ⁊ ideo indubitāter accipi debēt quecūq₃ ꝑ
eos ſpirituſſanct⁹ dixit: ⁊ ſingula eſſe omniū: ⁊ om
nia ſingulorū. Si eni hodie quiſq₃ volēs alicui⁹ ver
ba iudicare: dicat nomē alteri⁹ in quo dicta ſunt:
qui tamē ſit amiciſſimus illius: cuius verba dicere
voluit: ⁊ cōtinuo recordatus alium pro alio ſe di-
xiſſe ita ſe corrigat: vt tamē dicat: bene dixi: nihil a-
liud intuens niſi inter ambos eſſe concordiā: q̄ꝫto
magis de prophetis ſanctis hoc commēdandū fuit
Eſt ⁊ alia cauſa cur hoc nomē hieremie in teſtimo
nio zacharie ſit manere permiſſum: vel potius ſan-
ctiſpiritus auctoritate preceptū ſit. Eſt apud hiere-
miam: ꝙ emerit agrū a filio fratris ſui: ⁊ dederit ei
argentū: nō quidē ſub hoc nomine precij: quod po
ſitum eſt apud zachariā triginta argenteis. ꝙ autē
propheriā de triginta argēteis ad hoc interpratus
ſit euangeliſta: quod modo de domino completuꝫ
eſt: manifeſtū eſt: ſed ad hoc pertinere etiā illud de
agro empto quod hieremias dicit: hinc poteſt my-
ſtice ſignificari: vt non hic zacharie nomē poneret
qui dixit: triginta argenteis: ſed hieremie qui dixit
de agro empto: vt lecto euangelio atq₃ inuento no
mine hieremie: lecto aūt hieremia: ⁊ non inuento
teſtimonio de triginta argenteis: inuento tamen
agro empto: admoneaẗ lector vtrūq₃ conferre: ⁊ in
de ſenſum enucleare prophetie: quomodo pertine-
at ad hoc quod in domino completū eſt. Nam il-
lud quod ſubiecit huic teſtimonio Mattheus cū
ait: Queꝫ appreciauerūt a filijs iſrael: ⁊ dederūt eos
in agruꝫ figuli: ſicut conſtituit mihi dominus. nec
apud zachariā: nec apud hieremiam reperiẗ. Unde
magis ex perſona euangeliſte accipiendū eſt: ⁊ my
ſtice inſertū: quia hoc ex domini reuelatiōe cogno
uerit ad hanc rem que de chriſti precio facta eſt hu
iuſmodi pertinere propheriā. HIERO. de opti-
mo genere interpretādi: Abſit ergo de pediſſequo
chriſti ꝙ poſſit argui de falſo: cui cura fuit nō vba
⁊ ſyllabas aucupari: ſed ſentētias dogmatū pone-
re. CHRY. in homeẗ. Legi nuper in quodom he-
braico volumine: quod nazaree ſecte mihi hebreus
contulit hieremie apochryphū: in quo hoc ad ver-
bum ſcriptū repperi: ſed tamē mihi videẗ magis de
zacharia ſumptū teſtimoniū euangeliſtarū: ⁊ apo-
ſtolorū more vulgato: quo verborū ordine preter-
miſſio: ſenſus tamē de veteri teſtamēto proferunt
exemplū.

**Jeſus autē ſtetit ante preſidem ⁊ interrogauit eum preſes dicens: Tu es rex iudeorū? Dicit illi ieſus Tu dicis. Et cum accuſareẗ a prin cipibus ſacerdotū ⁊ ſeniorib⁹: nihil reſpondit. Tūc dicit illi pilat⁹: Nō audis quāta aduerſum te dicunt te ſtimonia? Et non reſpōdit ei ad ul lum uerbū: ita ut miraretur preſes uehementer.**

AVGV. de con. euange. Finitis his que Mat
theus de iuda proditore interpoſuit ad ordinē nar
ratōnis reuertiẗ dicens: Jeſus autē ſtetit ante preſi
dem. ORIGE. Judex toti⁹ creature cōſtitutus a
patre: vide q̄ꝫtū ſe humiliauit: vt acquieſceret ſtare
ante iudicē tūc terre iudee: ⁊ interrogat⁹ eſt interro
gatōem quam forſitan deridēs aut dubitās pilat⁹
interrogat. vnde ſequiẗ: Et interrogauit euꝫ preſes
dicens: Tu es rex iudeorū? CHRY. in home. Id
pilatus interrogat quod aduerſarij cōtra ipſum cō
tinue reuoluebāt. Quia enim ſciebant pilatū nul-
lam curam facientē legaliū ad publicas accuſatio
nes rem ducūt. ORIGE. Uel pronūciatiue hoc
dixit pilatus. vnde ⁊ alibi ſcripſit in titulo: Rex iu
deorū. Pricipi autē ſacerdotū reſpōdēs: Tu dixiſti
oblique arguit eius dubitatiōem. Pilati vero ſen-
tentiā cōfirmat pronunciātis. vnde ſequiẗ: Dicit ei
ieſus: Tu dicis. CHRY. in homeẗ. Cōfeſſus eſt ſe
eſſe regē: ſed celeſtē: vt in alio euāgelio manifeſtius
legiẗ. Regnū inquit meū non eſt de hoc mūdo: vt
neq₃ iudei neq₃ pilat⁹ excuſatōem habeāt: huic ac-
cuſatōi inſiſtētes. HYLA. Uel interrogāti ponti
fici: an ipſe eſſet ieſus criſt⁹ dixerat: Tu dixiſti quia
ſemper futurū chriſtū ex lege ipſe dixiſſet: huic vero
legis ignaro interrogāti an ipſe eſſet rex iudeorū di
Tu dicis. quia per fidē preſentis confeſſiōis ſal⁹ ge
tium eſt. HIERO. Attēde autē ꝙ pilato qui in-
uitus promebat ſentētiaꝫ aliqua ex parte reſpōdit:

ſacerdotibꝰ aũt ⁊ ꝓncipibus ſacerdotũ reſpondere
noluit:indignos eos ſuo ſermone iudicãs. vñ ſeqꝉ:
Et cũ accu.a pn. ſacer. ⁊ ſenio. nihil rñdit. AVG.
de cõ.euã. Lucas autẽ ipa crimina que accuſantes
obiecerũt aperuit. dicit enĩ: Ceperunt illũ accuſare
dicẽtes: Huc inuenimꝰ ſubuertẽtẽ gentẽ noſtraʒ et
ꝓhibentẽ tributa dari ceſari: ⁊ dicentẽ ſe chriſtũ re
gem eſſe. Nihil aũt intereſt ad veritatẽ quo ordine
iſta retulerit: ſicut nihil intereſt ſi alius aliud tacet
quod aliꝰ cõmemorat. ORIGE. Accuſatꝰ autẽ ie
ſus ſicut tũc illis nihil reſpõdit: ſic nec ⁊ modo. nõ
fit enĩ verbũ dei: ſicut aliquãdo fuerat ad ꝓphetas:
ſed neq; dignũ erat vt pilato interrogãti reſpõderꝫ:
qui nõ habebat ꝑmanẽſ ⁊ firmũ de chriſto iudiciũ
ſed ad cõtraria trahebatꝉ. vnde ſequitꝉ: Tũc dicit ei
pilatꝰ: Nõ audis q̃nta aduer. te dicũt teſtimonia?
HIE. Gẽtilis quidẽ eſt qui contẽnit ieſum: ſʒ cau
ſam refert in populũ iudeorũ. CHRY. ĩ homelia.
Ideo aũt hoc dicebat: qꝛ volebat eũ liberare: duʒ ſe
excuſando reſpõderet. Sequitꝉ: Et nõ rñ. ei vl. v̾buʒ:
ita vt mira. ꝑſes vehemẽter. Quia enĩ multas hñtes
demõſtratões ex ipis rebꝰ: virtutis ⁊ mãſuetudinis
eiꝰ ⁊ humilitatis: tamẽ in ipm indignabãtꝉ ⁊ ꝑuerſo
iudicio agebantꝉ cõtra ipm: ꝓpter hoc nihil rñdet.
etſi aliquãdo rñdet: breuia quidẽ dicit: ne continua
taciturnitate ꝑtinacie opio de ipſo accipiatur.
HIE. Uel ideo ieſus nihil rñdere voluit: ne crimẽ
diluẽs dimittereꝉ a ꝑſide ⁊ crucis vtilitas differreꝉ.
ORI. Miratꝰ eſt aũt preſes cõſtantiã eius ſciens
ꝙ idoneꝰ eſſet ꝓnũciare crimẽ: ⁊ tamẽ videbat eum
in trãquilla ⁊ quieta ſapiẽtia ⁊ grauitate nõ turba
bili ſtare: ſed ⁊ vehemẽter miratꝉ. Dignũ enĩ ei vide-
batꝉ magno miraculo vt exhibitꝰ chriſtꝰ ad crimĩale
iudiciũ: imꝑturbabilis ſtaret ante mortẽ: que apud
oẽs hoĩes terribilis eſtimatꝉ.

Per diẽ aũt ſolennẽ cõſueuerat
preſes populo dimittere unũ uictũ
quem uoluiſſet. Habebat autẽ tũc
unũ uinctũ inſignẽ qui dicebatꝉ bar
rabas. Cõgregatis ergo illis dixit
pilatꝰ: Quẽ uultis dimittã uobis?
barrabã: an ieſum qui dicitꝉ chriſtus
Sciebat eni ꝙ ꝑ inuidiã tradidiſſẽt
eum. Sedẽte aũt illo pro tribunali
miſit ad eũ uxor eius dicẽs: Nihil
tibi ⁊ iuſto illi. Multa eni paſſa ſuʒ
hodie ꝑ uiſum ꝓpter eũ. Principes
aũt ſacerdotũ ⁊ ſeniores ꝑſuaſerũt
populis ut peterẽt barrabaʒ: ieſum
uero ꝑderẽt. Reſpõdẽs aũt preſes
ait illis: Quẽ uultis uob̃ de duobꝰ
dimitti? At illi dixerũt: Barrabã.
Dicit illis pilatꝰ: Quid igitꝉ faciam
de ieſu qui dicitꝉ chriſtꝰ? Dicũt oẽs
Crucifigatꝉ. Ait illꝭ ꝑſes: Quid .n.
mali fecit? At illi magis clamabãt
dicẽtes: Crucifigatꝉ. Uidẽs aũt pi
latus qꝛ nihil ꝓficeret ſed magis tu
multꝰ fieret: accepta aqua lauit ma
nus corã pplꝰo dicẽs: Innocẽs ego
ſum a ſanguie iuſti huiꝰ: uos uideri
tis. Et rñdẽs uniuerſus pplꝰs dixit
Sanguis eiꝰ ſuꝑ nos: ⁊ ſuper filios
noſtros. Tũc dimiſit illis barrabã:
ieſum aũt flagellatũ tradidit eis ut
crucifigeretur.

CHRY. in home. Quia chriſtꝰ ad accuſatões iu
deorũ nihil reſpõderat: per quod poſſet eum pilatꝰ
ab accuſatõibꝰ iudeorũ excuſatũ habere: aliud ma-
chinatur: per quod eũ liberare poſſit. vnde dicitur:
Per diẽ aũt ſolẽ. cõſue. pre. dimit. po. vinc. vnũ quẽ
voluiſſet. ORI. Sic enĩ quaſdã gratias preſtant
gẽtes eis quos ſubijciũt ſibi: donec cõfirmetꝉ ſuper
eos iugũ ipſorũ: tamẽ cõſuetudo hec aliquãdo fuit
apud iudeos. Saul enĩ non interfecit ionathã: om
niꝰ populo petẽte eũ ad vitã. CHRY. in homelia:
Per hãc aũt cõſuetudinẽ chriſtũ eripe tẽtauit: vt ⁊
neq; vmbrã excuſatõis iudei ſibi dereliquãt: mani-
feſtus homicida in cõparatõe chriſti adducitur: de
quo ſequitꝉ: Habe. aũt tũc vnũ vinctũ inſignẽ q̇ di-
ce. barrabas. Non ſimpliciter dicit latronẽ: ſed inſi
gnẽ: hoc eſt in malicia diffamatũ. HIE. Iſte bar-
rabas in euãgelio quod inſcribitꝉ iuxta hebreos: filꝰ
magiſtri eorum interꝑtatꝉ: qui ꝓpter ſeditõnem ⁊
homicidiũ fuerat cõdẽnatꝰ. Offert aũt optõem eis
pilatꝰ dimittẽdi quẽ vellẽt: latronẽ: an ieſum: non
dubitãs ieſum potiꝰ eligendũ. vnde ſequitꝉ: Cõgre.
aũt illis dixit pilatꝰ: Quẽ vult] dimitti vobis: barra
bã an ieſum qui vocatꝉ chriſtꝰ? CHRY. in home.
q. d. Si nõ vultis ſicut innocẽtẽ dimittere: ſaltẽ cõ
demnatũ feſtiuitati dimittatis. Si enĩ oporteba͛t ĩ
peccatis manifeſtis exiſtẽtẽ dimittere: multomagiſ
in dubijs. Uide aũt ordinẽ cõuerſum: Petitio pro
condẽnatis ſolet eſſe plebis: cõceſſio aũt principis
nũc aũt contrariũ geſtũ eſt. princeps enĩ petit a ple-
be: ⁊ plebs ferocior redditꝉ. GLO. Quare aũt pila
tus ad liberatõem chriſti laborauit manifeſtat euã
geliſta cum ſubdit: Sciebat enĩ ꝙ per inuidiaʒ tra-
didiſſent eum. REMI. Que aũt inuidia fuerit io
hannes manifeſtat: qui narrat eos dixiſſe: Ecce mũ
dus totus poſt eũ vadit: ⁊ ſi dimittimꝰ eum ſic: oẽs
credẽt in eum. Notandũ etiã quia loco eius quod
matthꝰ dicit: An ieſum qui dicitꝉ chriſtꝰ. Marcus
dicit: Uultis dimittã vobis regeʒ iudeorũ. ſoli nãq;
reges iudeorũ vngebãtꝉ: ⁊ ab ipa vnctõne chriſti vo
cabantꝉ. CHRY. in ho. Deinde ſubditꝉ aliud quod
ſufficiẽs erat oẽs a paſſiõe reuocare. Seqꝉ enĩ: Se
dente autẽ eo pro tribunali: miſit ad eũ vxor eiꝰ di.
Nihil tibi ⁊ iuſto illi. Cũ demõſtratõe enĩ q̃ erat a
rebꝰ: ſõnꝰ nõ ꝑuũ q̇d erat. RAB. Notãdũ vo qꝛ
tribunalꝭ ſedes ẽ iudic]: ſoliũ regũ: cathedre mgroꝝ

Jn viſionib⁹ aũt ⁊ ſomnijs gẽtilis viri vxoꝛ hoc in-
tellexit: qđ iudei vigilãtes nec credere nec intellige-
re voluerũt. HIERO. Nota etiã ꝙ gẽtilib⁹ ſepe a
deo ſomnia reuelãt: ⁊ ꝙ in pilato ⁊ vxoꝛe ei⁹ iuſtũ
dñm cõfitẽtib⁹ gentilis populi teſtimoniũ fit.
CHRY. in home. Sed cui⁹ gratia nõ ipſe pilatus
ſomniũ videbat: quia illa magis digna erat: vel qꝛ ſi
pilat⁹ vidiſſet: nõ equaliter ſibi creditũ eſſet: vel foꝛ-
te neq; dixiſſet: ꝓpter hoc diſpenſat̃ a deo ꝙ muli-
er vidit: vt manifeſtũ omnib⁹ fieret. Et nõ ſimplicit̃
videt: ſ; ⁊ patit̃ multa. Sequit̃ enĩ: Multa enĩ paſſa
ſum ho. per vi. propter eũ. vt. ſ. a paſſiõe que erat ad
vxoꝛẽ: deſidioꝛ fieret vir circa occiſionẽ. ſed ⁊ tẽp⁹
nõ parũ cõferebat: etenĩ eadẽ nocte vidit. AVG.
in ſermo. de paſ. Sic ergo iudex terret̃ in cõiuge: et
vt crimini iudeoꝝ nõ pꝛebeat in iudicio cõſenſum
pertulit in vxoꝛis afflictõe iudiciũ. iudicat̃ ipſe qui
iudicat: ⁊ toꝛquet̃ anteq; toꝛqueat. RABA. Uel
aliter: Nũc demũ diabolus intelligẽs per chꝛiſtũ ſe
ſpolia ſua amiſſurũ: ſicut pꝛimũ per mulierẽ moꝛtẽ
intulerat: ita per mulierẽ vult chꝛiſtũ de manibus
iudeoꝝ liberare: ne per eius moꝛtẽ: moꝛtis amittat
imperiũ. CHRY. in home. Nihil aũt premiſſoꝝ
chꝛiſti aduerſarios mouit: quia eos omnino ĩuidia
excecauerat: vnde ex ꝓpꝛia malicia plebẽ coꝛrũpũt.
⁊ hoc eſt quod ſequit̃: Pꝛĩcipes aũt ⁊ ſeni. pſuaſe.
ppl'o vt pete. barra. Je. vo pderet. ORI. Et eſt vi-
dere nũc quõ ppl's iudeoꝝ a ſenioꝛib⁹ ſuis: ⁊ iudai
ce culture doctoꝛib⁹ ſuadet̃: ⁊ excitat̃ aduerſus ieſũ
vt perdãt eũ. Sequit̃. Reſpõ. aũt pſes ait illis: Quē
vul. vo. de duo. dimittã. GLO. Reſpõdiſſe autē
dicit̃ pilat⁹ hec dicens: ſiue ad ea que vxoꝛ nũciaue-
rat: ſiue ad petitiõem populi: qui iuxta ɔſuetudinẽ
aliquẽ in die feſto ſibi dimitti petebãt. ORIGE.
Turbe aũt quaſi fere que ſpacioſam ambulãt viã:
voluerũt ſibi barrabã habere ſolutũ. vnde ſubditur
At illi dixe. Barrabam. Jdeo gens illa habet ſediti
ones ⁊ homicidia ⁊ latrocinia ſm̃ quoſdã gẽr[l] ſue
in reb⁹ que foꝛis habent̃: ſm̃ aũt oẽs int⁹ in anima
Ubi enĩ nõ eſt ieſus: illic lites ⁊ pꝛelia ſunt. vbi aũt
eſt: ibi ſunt omĩa bona ⁊ pax. Omẽs etiã qui iudeis
ſunt ſimiles vel in dogmate vl' in vita: barrabã ſibi
ſolui deſiderãt. Quicunq; enĩ mala agit: ſolut⁹ eſt in
coꝛpoꝛe ei⁹ barrabas: Chꝛiſt⁹ aũt vinct⁹. Qui aũt bo
na agit: chꝛiſtũ habet ſolutũ: barrabã vinctũ. Uolu
it aũt pilat⁹ pudoꝛẽ tãte iniq̃tatis eis incutere. vñ
ſequit̃: Dicit il. pila. Quid igit̃ faci. de ie. q̃ dr̃ chꝛiſt⁹
Nõ ſolũ aũt hoc: ſed ⁊ mẽſurã colligere volẽs im-
pietatis eoꝝ. Jlli aũt nec hoc erubeſcũt ꝙ pilatus
ieſum chꝛiſtũ eſſe cõfitebat̃: nec modũ impietat[is] ſer
uãt. vnde ſeq̃tur: Dicũt omẽs Crucifigat̃. Jn quo
multiplicauerũt impietatis ſue mẽſurã: nõ ſolũ ho
micidã poſtulãtes ad vitã: ſed etiã iuſtũ ad moꝛtē:
⁊ ad moꝛtẽ turpiſſimã crucis. RABA. Pẽdẽtes
ſiquidẽ in ligno crucifixi: clauib⁹ ad lignũ pedibus
manibuſq; cõfixi: ꝓducta moꝛte necabant̃ ⁊ diu vi
uebãt in cruce: nõ qꝛ lõgioꝛ vita eligebat̃: ſed quia
moꝛs ipa ꝓtendebat̃: ne doloꝛ citi⁹ finiret̃. verũ iu-
dei de moꝛte peſſima cogitabãt: ſ; a dño ĩ intelligẽ
tibus eis electa erat. ipam enĩ crucẽ diabolo ſupa-
to erat tanq; tropheũ in frõtib⁹ fideliũ poſiturus.
HIE. Cũ aũt hoc reſpõderet: nõ ſtatim acquieuit
ſed iuxta ſuggeſtõem vxoꝛis que mãdauerat: Nihil
tibi ⁊ iuſto illi. Jpſe quoq; reſpõdit. vnde ſequitur
Ait illi preſes: Quid enĩ mali fecit: Hoc dicẽdo pi-
lat⁹ abſoluit ieſum. Sequit̃: At illi magis clamabãt
dicentes: Crucifigat̃. Ut impleret̃ quod in pſalmo
dicitur: Circũdederũt me canes multi: cõgregatio
malignãtiũ obſedit me. Et illõ hieremie: Facta eſt
mihi hereditas mea: ſicut leo in ſilua dederũt ſuper
me vocẽ ſuã. AVG. de cõ. euã. Sepi⁹ aũt pilatus
cũ iudeis egit: volẽs vt dimitteret̃ ieſus qđ pauciſſi-
mis verbis teſtat̃ matthe⁹ cũ ſubdit: Uidẽs pila. qꝛ
nihil ꝓfice. ſed magis tumult⁹ fieret. qđ nõ diceret
niſi multũ ille conat⁹ fuiſſet: q̃uis tacuerit quoties
hoc tẽtauit vt erueret ieſum furoꝛi eoꝝ. Sequitur
Accepta aqua lauit man⁹ coꝛã ppl'o dicẽs: Jnno.
ego ſum a ſan. iuſti hui⁹. REMI. Mos enĩ erat
apud antiquos: vt cũ vellet quis ſe oſtẽdere immu-
nẽ ab aliquo crimine: accepta aqua lauaret man⁹
ſuas coꝛã populo. HIE. Pilat⁹ ergo accepit aquã
iuxta illud ꝓpheticũ: Lauabo inter inocẽtes man⁹
meas. quodãmõ ĩ h̃ cõteſtãs ⁊ dicẽs: Ego q̃dẽ ino
cẽtẽ volui liberare. ſed qm̃ ſeditio oꝛit̃: ⁊ rebelliõis
mihi cõtra ceſarẽ crimẽ impingit̃: innocẽs ſũ a ſan
guine iuſti hui⁹. Judex ergo qui cogit̃ cõtra domi-
nũ ferre ſentẽtiã: nõ dãnat oblatũ ſed arguit offe-
rẽtes: iuſtũ eſſe pronũciãs eũ qui crucifigẽdus eſt.
Sequit̃: Uos videritis. q. d. Ego miniſter legũ ſum
vox veſtra ſanguinẽ fundit. Sequit̃: Et reſpõ. vni.
po. dixit: San. ei⁹ ſup nos ⁊ ſu. fi. noſtros. Perſeue-
rat vſq; in pñtẽ diẽ hec imp̃catio ſup iudeos: ⁊ ſan-
guis domini nõ auffert̃ ab eis. CHRY. in home.
Jntuere autẽ ⁊ h̃ iudeoꝝ multã inſaniã. eoꝝ enĩ im-
petus ⁊ pniciosa cõcupiſcẽtia nõ pmittit eos que
opoꝛtet ĩſpicere ⁊ ſibi maledicũt di. Sãguis ei⁹ ſup
nos. quod ad filios maledictõem attrahũt di. Et ſu-
per filios noſtros. ſed tamẽ miſericoꝛs de⁹ eoꝝ ſen-
tentiã nõ firmauit: ſed ex eis ⁊ eoꝝ filiis ſuſcepit q̃
penitentiã egerũt. etenĩ ⁊ paul⁹ ex ipis fuit: ⁊ multa
milia e oꝝ qui in hieroſolymis crediderũt. LEO
papa: Exceſſit ergo pilati culpã facinus iudeoꝝ ſed
nec ipe euaſit reatũ qui reliquit ꝓpꝛium iudiciũ: ⁊ in
crimẽ trãſiuit alienũ. Sequit̃ enĩ: Tũc dimi. il. barr.
Jeſum aũt flagella. tradi. eis vt crucifigeret̃. HIE.
Sciẽdũ eſt aũt pilatũ romanis legib⁹ miniſtraſſe q̃
bus ſancitũ eſt: vt qui crucifigit̃ pus flagellis verbe-
retur. Tradit̃ igit̃ ieſus militib⁹ verberãd⁹: ⁊ illõ ſan-
ctiſſimũ coꝛp⁹ pect⁹ dei capax flagellis ſecuerũt.
AVG. in ſer. de paſſi. Ecce dñs aptat̃ ad verbera:
ecce iam cedit̃. rupit ſanctã cutẽ violẽtia flagelloꝝ:
repetitis ictib⁹ crudelia verbera ſcapularũ terga cõ-
cindũt. Pꝛohdoloꝛ iacet extẽſus ante hominẽ de⁹
⁊ ſuppliciũ patit̃ rei: in quo nullũ peccati veſtigiũ
potuit inueniri. HIE. Hoc aũt factũ eſt: vt qꝛ ſcri-
ptum erat: Multa flagella peccatoꝝ. illo flagello
nos a verberib⁹ liberemur. Jn lauacro etiã manuũ
pilati: gentiliũ omnia opera purgant̃: ⁊ ab impie-
tate iudeoꝝ nos alieni efficimur. HYLA. Doci-
tibus aũt ſacerdotib⁹ popul⁹ barrabã elegit: qui in-
terpꝛetat̃ patris filius: in quo archanũ future infi-
delitatis oſtendit̃: chꝛiſto antichꝛiſtũ peccati filiũ
pꝛeferẽdo. RAB. Barrabas etiã qui ſeditiões fa-
ciebat in turbis: dimiſſus ẽ ppl'o iudeoꝝ. i. diabol⁹

qui vſq₃ hodie regnat in eis: ⁊ iccirco pacem habere
non poſſunt.

¶ Tūc milites p̄ſidis ſuſcipiētes ie
ſū i p̄torio: ꝯgregauerūt ad eū uni
uerſū cohortē: ⁊ exuētes eū₃: chla
mydē coccineā circūdederūt ei. Et
plectentes coronā₃ de ſpinis poſue
rūt ſup caput eiꝰ: ⁊ harūdinem i de
xtra eius: ⁊ genu flexo añ eū: illude
bāt ei dicētes: Aue rex iudeorum?
Et expuētes i eū: acceperūt harun
dinē ⁊ pcutiebāt caput eius.

AVGV. de cōcor. euā. Poſt accuſatōes chriſti.
dñs eſt vt ipam dñi paſſionē videamꝰ: quā matthe.
ſic incipit: Tūc milites p̄ſidis ſuſcipiētes ieſum i pto
rio ꝯgregauerūt ad eū vniuerſa₃ cohortē. HIER.
Quia enī rex iudeoꝝ fuerat appellatꝰ ⁊ hoc ei ſcribe
⁊ ſacerdotes crimē obiecerāt: ꝙ ſibi in populo iſrael
vſurparet iperiū: illudētes hoc faciūt vt nudatū p̄ſti
nis veſtibꝰ iduāt chlamydē coccineā, p ruſo limbo
quo reges veteres vtebanť: ⁊ p diademate iponāt ei
coronā ſpineā: p ſceptro regali dent calamū: ⁊ ado
rēt q̄ſi regē. ⁊ hoc ē qd̄ ſubdiť: Et exuē. eū chlamy.
cocci. circū. ei: ⁊ plectē. coro. de ſpinis. AVG. de
cō. euā. Per hoc aūt itelligiť Marcū dixiſſe idutu₃
purpura. Pro regia enī purpura chlamys illa cocci
nea ab illudētibꝰ adhibita erat: ⁊ eſt rubra q̄dā pur
pura cocco ſimilima. Pōt etiā fieri: vt purpurā etiā
marcꝰ cōmemorauerit quā chlamys hēbat: q̄uis
eēt coccinea. CHRY. in ho. Que igiť erit nobis cu
ra de reliquo ſi contumelias ab aliquo patiamur:
poſtq̄₃ chriſtꝰ hoc paſſus eſt: Eteni qd̄ fiebat i xp̄m
vlteriꝰ terminꝰ cōtumelie erat: nec vna particula tm̄
ſed vniuerſum corpꝰ patiebať iniurias: caput p coro
nā ⁊ arūdinē ⁊ colaphos: facies q₂ inſpuebať: gene
q₂ alapis cedebanť: corpꝰ totū p flagella. Et q₂ de
nudatū ē p circūdatōe₃ chlamydis ⁊ p fictā adoratō
ne₃: manꝰ p harūdinē quā dederūt ei p ſceptro: ac ſi
timerēt ne aliq̄d p̄termitterēt grauiſſime p̄ſumptio
nis. AVG. de cō. euā. Appet aūt mattheū recapi
tulādo iſta cōmemoraſſe: nō quo tunc fcm̄ ſit: cū eū
pilatus crucifigendū tradidiſſet. Johānes enī añq̄₃
diceret: ꝙ eū pilatꝰ crucifigendū tradiderit iſta com
memorauit. HIERO. Nos aūt oīa hec itelliga
mus myſtice. Quō enī cayphas dixit: Oportet vnu₃
hoiem mori p omnibꝰ. neſciēs quid diceret: ſic ⁊ iſti
quodcūq₃ fecerūt l₃ alia mēte fecerīt: tn̄ nobis q̄ cre
dimꝰ ſacra tribuebāt. In chlamyde coccinea: opera
gentiū cruēta ſuſtētat. In corona ſpinea maledictū
ſoluit antiquū. In calamo venenata occidit aīalia:
ſiue calamū tenebat in manu: vt ſacrilegiū ſcriberet
iudeoꝝ. HIERO. Uel aliter: Suſceptis oībꝰ cor
poris nr̄i infirmitatibꝰ a dn̄o: oē deinde nr̄m q̄bꝰ re
gnū ſecū erat debitū: ſanguīe cocci colore p̄fundiť.
Spinis quoq₃ i. cōpungentiū quondā peccatis gen
tiū coronať: eſt enī aculeꝰ in ſpinis: ex q̄bus chriſto
victorie corona ꝯtexiť. In calamo vo ⁊ arūdē gētiu₃
infirmitas atq₃ inanitas manu cōprehēſa firmatur:
q̄n etiā capiti eiꝰ illudiť: vt infirmitas gentiū manu
chriſti cōprehēſa: etiā i deū p̄rem q̄ caput eius ē cōq
eſcat. ORI. Uel calamꝰ myſteriū fuit qd̄ priuſq̄₃
crederemꝰ cōfidebamꝰ in virga arūdinea egypti: vel
cuiuſcūq₃ regni ꝯtrij deo quē accepit: vt triūphet eu₃
in ligno crucis. Percutiūt aūt eū hoc calamo caput
chriſti ieſu: q̄m ſemp regnū illud v̄berat deū patrem
caput ſaluatoris. REMI. Uel aliter: Per chlamy
dem coccineā caro dñi deſignať: q̄ rubra diciť ꝓpť
ſanguinis effuſionē: p ſpineā coronā ſuſceptio pec
catoꝝ nr̄oꝝ: q₂ in ſimilitudīe carnis peccati apparu
it. RABA. Calamo igiť chriſti caput pcutiūt: q̄
diuitati eiꝰ ꝯdicētes: errorē ſuum auctoritate ſancte
ſcripture q̄ calamo ſcribiť: cōfirmare conanť. Spu
unt in faciē eiꝰ q̄ p̄ntiā gr̄e illiꝰ v̄bis execrādis reſpu
unt: ⁊ ieſum i carne veniſſe denegāt. Falſo aūt illu₃
adorāt q̄ eū credūt: ſ₃ pūerſis actibus deſpiciunt.
HIERO. de cō. euā. ꝙ aūt dn̄m in paſſione exuerūt
veſtē ꝓpriā ⁊ iduerūt fucatā: ſignati ſunt heretici: q̄
eū dicūt veꝝ corpus nō habuiſſe ſed fictum.

¶ Et poſtq̄₃ illuſerunt: exuerunt
eū clamydē ⁊ iduerūt eū ueſtimētis
eiꝰ: ⁊ duxerūt eum ut crucifigerēt.
Exeūtes aūt iuenerūt hoiem cyre
neū noīe ſimonē: hūc angariauerūt
ut tolleret crucē eiꝰ. Et uenerūt in
locū q dr̄ golgotha: qd̄ ē caluarie lo
cus. Et dederūt ei uinū bibere cu₃
RABA. Paraſceue dr̄ ꝑparatio. hoc noīe vocať
ſexta ſabbati: in qua ꝑparabant neceſſaria ſabbato
vt de manna dictū eſt. Sexta die colligetis duplū.
quia. n. ſexta die factꝰ ē hō: ⁊ ſeptima requieuit deꝰ:
ideo ſexto die ieſus ꝓ homie moritur: ⁊ in ſabbato
quieuit in ſepulchro. HIERO. Principes autem
ſacerdotum lꝫ immenſū facinus in nece dn̄i ꝑpetra
uerunt: tamē non ſufficit eis: niſi etiā poſt mortem
eius concepte nequitie virus exerceant: famā eiꝰ la
cerātes: ⁊ quē innocentē ſciebant: ſeductorē vocāt.
dicūt: Dn̄e recor. ſumꝰ qꝛ ſe. ille dixit. ſicut aūt cay/
phas ignorans ante ꝓphetauerat dicens: Expedit
vnum hoiem mori pro populo ⁊ non tota gens pe
reat. ſic ⁊ modo: ſeductor enī erat chriſtus: nō a ve
ritate in errorē mittēs: ſed a falſitate ī veritatē: a vi/
tijs ad v̄tutes: a morte ad vitam ducens. REMI.
Ex hoc aūt dicūt eū dixiſſe ꝙ poſt tres dies reſur/
gā: qꝛ dixerat: Sicut fuit ionas tribꝰ diebꝰ ⁊ tribus
noctibꝰ in vētre ceti. Sꝫ vidēdum quomodo poſt
tres dies reſurrexerit. Nōnulli valuerūt tres horas
tenebrarum vnam intelligi noctem: ⁊ lucem q̄ ſecu
ta ē tenebras diem: ſed hi vim figurate locutionis
ignorauerunt. Figurate enī ſexta feria qua paſſus
eſt comp̄hendit noctē p̄cedentē. Sequiť autē nox
ſabbati cum ſuo die: nox v̄o dn̄ici diei comp̄hendit
ſuū diem ac ꝑ hoc verū eſt ꝙ poſt triduū reſurrexit
AUG. ī ſer. de paſ. Ideo aūt poſt tres dies reſur
rexit: vt in paſſione filij totius trinitatis monſtrare
tur aſſenſus. triduū enī legitur in figura: qꝛ trinitas
que in p̄ncipio fecerat hoiem: ipſa in fine hoiem ꝑ
chriſti reparat paſſionem. Sequiť: Iube ğ cuſtodi
re ſepulchꝛ vſqꝫ in ter. diē. RABA. Diſcipuli enī
xp̄i fures ſpiritaliť erāt: qꝛ ab ingratis iudeis ſcripta
noui ⁊ veteris teſtamēti ablata in vſum eccleſie cō
ferebant: ⁊ ſaluatorē qui eis promiſſus fuerat: illis
nocte dormiētibus: hoc eſt in fidelitate torpentibꝰ
abſtulerūt: gentibus credendū tradētes. HYLA.
Metus furādi corporis ⁊ ſepulchri cuſtodia atqꝫ
obſignatio: ſtulticie atqꝫ infidelitatis teſtimonium
eſt: ꝙ ſignare ſepulchrū eius voluerūt: cuius p̄ce/
pto conſpexiſſent de ſepulchro mortuū ſuſcitatuꝫ.
RABA. In hoc aūt ꝙ dicunt: Et erit nouiſſimꝰ
error peior priore. ignoranter verꝫ dicūt. Peior enī
fuit contēptus penitentie in iudeis: q̄ꝫ error ignorā
tie. CHRY. in ho. Uide etiā qualiter nolētes cō/
certant ad demōſtrādā veritatē. irrefragabilis enī
demōſtratio reſurrectionis facta eſt ꝑ ea q̄ ꝑtende/
runt. quia enī cuſtoditū ē ſepulchꝛ: nulla fraus fa/
cta ē. Si aūt fraus facta non eſt: manifeſte ⁊ irrefra
gabiliter dn̄s ſurrexit: Quid aūt pilatꝰ r̄ndeat ſub/
iūgitur: Ait illis pilatus: habetis cuſtodiā. Ite cuſto
dite ſicſ ſcitis. RABA. q. d. Sufficiat vobis ꝙ cō
ſenſi in necē innocētis: de cetero vr̄ error vobiſcuꝫ
ꝑmaneat. Seqť: Illi āt abeūtes munierūt ſepulchꝛ
ſignantes lapidē cū cuſtodibꝰ. CHRY. in home.
Non autē ꝑmittit pilatus ſolos milites ſigillare.
ſi enim ſoli milites ſigillaſſent poſſent dicere quo/
niam milites permiſerunt ꝙ diſcipuli corpus do/
mini furarentur: ⁊ ita reſurrectionis infringere fi/
dem: nunc hoc dicere non poſſunt cum ipſimet ſe/
pulchrum ſigillaſſent. CA. XXVIII.

Veſpe aūt ſabbati q̄ luceſcit
in p̄ma ſabbati: uēit maria
magdalene ⁊ altera maria
uidere ſepulchrū. Et ecce terremo
tus factꝰ ē magnus. Angelꝰ. n. dn̄i

deſcēdit de celo: ⁊ accedēs reuoluit lapidē: ⁊ ſedebat ſuꝑ eū. Erat autē aſpect⁹ ei⁹ ſicͭ fulgur: ⁊ ueſtimētum ei⁹ ſicͭ nix. Pre timore aūt ei⁹ exterriti ſunt cuſtodes: ⁊ facti ſūt uelut mortui. Rñdēs āt angel⁹ dixit mulieribus: Nolite timere uos. Scio eni ꝗ ieſū q crucifix⁹ ē ꝗritis. Nō ē hic ſurrexit eni: ſicͭ dixit. Uenite ⁊ uidete locū: ubi poſit⁹ erat dn̄s. Et cito eūtes dicite diſcipulis ei⁹: quia ſurrexit: ⁊ ecce p̄cedet uos i galileā Jbi eū uidebitis: ecce p̄dixi uobis.

AVGV. in ſer. de reſur. Poſt illuſiōes ⁊ vbera: poſt aceti ⁊ fellis pocula mixta: p⁹ ſupplicia crucis ⁊ vulnera: ⁊ poſtremo p⁹ ipſam mortez ⁊ inferos: ſurrexit de ſuo funere caro noua. redit ab occiduo latēs vita ⁊ in morte ſalus reſeruata reſurgit pulchrior reditura p⁹ fun⁹. AVG. de con. euā. De hora vō qua mulieres venerūt ad monumētū nō contēnenda exoritur queſtio. Cū enī matthe⁹ hic dicat: Ueſpe aūt ſab. q̄ lu. in p̄ma ſab. qđ ē qđ dicit marcus: Et valde mane vna ſabbatoꝝ vēit maria mag. ⁊ altera maria videre ſepulchꝝ. Apte q̄ppe p̄ma noctis qđ ē veſpe: ipſam noctē voluit ſignificare matthe⁹: cui⁹ noctis fine venerūt ad monumētū: ꝗ qm̄ ſabbato impediebāt: vt nō añ facerēt: ab eo tp̄e nominauit noctē ex quo eis licere cepit: vt facerēt qđcūq; vellēt tp̄e eiuſdē noctis. Sic itaq; dictū ē: Ueſpere ſabbati. ac ſi diceret: nocte ſabbati. i. nocte q̄ ſeq̄t diē ſabbati: qđ ipſa vba ei⁹ ſatis indicant. Sic enī ait: Que luceſcit in p̄ma ſabbati. qđ fieri nō pōt niſi tm̄mō p̄mā noctis ꝑticulā. i. ſoluz initiū noctis intellexerim⁹ dicto veſpe ſignificatū. Neq; enī ipſū initiū noctis luceſcit in ſabbati: ſ; ipſa nox in luce incipit terminari. ⁊ vſitat⁹ mod⁹ loquēdi ē diuine ſcripture a p̄te totum ſignificare. Ueſpe ꝗ noctē ſignificauit: cui⁹ extremū ē diluculū: diluculo enī venerūt ad monumētū. BEDA: Uel aliter: Nō dictum ē: q: ſcē mulieres veſpe ſabbati q̄ luceſcit in p̄ma ſabbati venerūt videre ſepulchꝝ: ita intelligēdū: q: veſpere q̄dē venire ceperunt: ſ; luceſcēte mane in p̄ma ſabbati ad ſepulchrū ꝑuenerūt. i. veſpe aromata parauerūt: qb⁹ corp⁹ dn̄i vngere deſiderabāt: ſ; aromata veſpe p̄pata: mane ad ſepulchꝝ detulerūt. Quod matthe⁹ q̄dē breuitatis cā obſcuri⁹ poſuit: ſ; euāgeliſte alij quo ordine factū ſit euidēti⁹ oñdūt. Sepulto nāq; ſexta feria dn̄o: reuerſe a monumēto mulieres: p̄pauerūt aromata ⁊ vnguēta q̄diu opari licebat: ⁊ ſabbato q̄dē ſiluerūt ſcḋm legis mādatū: ſicͭ lucas apte deſignat. Cū aūt trāſiſſet ſabbatū: veſpaq; adueniēte tēp⁹ opandi rediſſet: ꝓmpte ad deuotionē emerūt: q̄ min⁹ p̄pauerāt aromata: ſicͭ marc⁹ ꝯmemorat: Ut veniētes vngerēt ieſū. ⁊ valde mane venīūt ad monumētū. HIE. Uel aliter: ꝙ diuerſa tp̄a iſtaꝝ mulieꝝ i euāgelijs deſcribūt: nō mēdacij

ſignū ē vt impij obijciūt: ſ; ſedule viſitatiōis officiū crebro abeūt ⁊ redeūt: ⁊ nō patiūt a ſepulchro dn̄i diu abeſſe vel lōgi⁹. REMI. Sciēdū autez ꝙ matthe⁹ myſtice loquēs ſtuduit nobis inſinuare illa ſacratiſſima nox q̄ntā dignitatē ex honore dñice mortis ⁊ dñice reſurrectōis accepit: iō dixit: Ueſpere ſab. q̄ lu. i p̄. ſab. cū ꝯſuet⁹ ordo tēpoꝝ hēat: vt veſpe nō luceſcat in diē: ſ; poti⁹ obtenebreſcat i noctē: oñdit his vbis ꝙ dn̄s totā hanc noctē luce ſue reſurrectōis feſtiuā ⁊ chorußcā reddidit. BEDA i ho. Ab exordio etiā mūdane creatōis vſq; huc iā tēp⁹ diſtiguebat vt dies noctē p̄cederet: q: hō a luce ꝑadiſi peccādo lapſus i hui⁹ ſcl̄i tenebras erumnaſq; decidit. Aptiſſime āt nūc dies ſeq̄t noctē: q: ꝑ fidē reſurrectiōis a pctī tenebris ⁊ vmbra mortis ad lucē vite chriſto largiēte reducimur. SEVE. i ſer. paſche: Eſt āt veſpa ſabbati q̄ luceſcit: q: illuminat ꝑ chriſtū. ſabbatū nō delet: Nō inq̄t veni ſoluere legē: ſ; adimplere. Jlluminat vt in diē dñicā luceat: clareſcat i ecclīa qđ i ſynagoga iudeis obſcuratibus fuſcabat. Seq̄t: Uenit ma. mag. ⁊ al. ma. vide. ſepulchꝝ. Sero q̄dē mulier currit ad veniā: q̄ mature cucurrit ad culpā: q̄ ī ꝑadiſo ꝑfidiā ſup ſerat. Feſtinat fidē ſumere de ſepulchro. ꝯtēdit rape ī morte vitā: q̄ ī vita rapuerat mortē. nō aūt dixit: Uenerūt: ſ; venit ſub vno noīe: venīūt due myſterio nō caſu. Uenit ipſa: ſ; altera vt mutaret mulier v̄tute nō ſexu. Precedūt āt apl̄os femine: q̄ eccliaꝝ typū ad dñicū deferūt ſepulchꝝ: maria. ſ. ⁊ maria. materniq; xp̄i vnū nomē i duas geminat feminas: q: h̄ ecclia ex duob⁹ ꝑplis veniēs. i. ex gētib⁹ ⁊ iudeis: vna eē figurat. venit āt maria ad ſepulchꝝ: ſicͭ ad reſurrectiōis vteꝝ: vt iteꝝ chriſt⁹ ex ſepulchro naſceret fidei q̄ carni fuerat generat⁹ ex vētre: ⁊ eū quē clauſa virginitas p̄ntē tulerat vitā: redderet ſempitnā. Diuinitatis inſigne ē clauſam vginē reliq̄ſſe p⁹ ꝑtū. ⁊ ī repulchro clauſo exiſſe cū corpe. Seq̄t: Et ecce terremo. fa. eſt mag. HIERO. Dn̄s nr̄ vn⁹ atq; idē fili⁹ dei ⁊ hoīs iuxta vtrāq; naturā diuinitatis ⁊ carnis: nunc magnitudinis ſue: nūc hūilitatis ſigna demōſtrat. vn̄ ⁊ in p̄nti loco quāq; hō ſit q̄ crucifix⁹ ē: q̄ ſepultus: tn̄ q̄ foris agūt: oñdūt filiū dei. HILA. Motus enī terre reſurrectōis ē vt⁹: cū ꝯcuſſo mortis aculeo: ⁊ illuminatis illi⁹ tenebris: reſurgēte v̄tutū celeſtiū dn̄o: inferoꝝ trepidatio cōmouet. CHRY. in ho. Uel iō terremot⁹ fact⁹ ē: vt exurgāt ⁊ euigilent mulieres. etenī acceſſerāt vt vnguentū mitterēt: q: in nocte hec gerebant: ꝓbabile ē quaſdā obdormiſſe. BEDA in ho. ꝙ etiā terremotus reſurgēte dn̄o de ſepulchro ſicut etiā moriēte in cruce factus eſt magn⁹: ſignificat terrena quidē corda ꝑ fidem paſſionis p̄us ac reſurrectiōis ei⁹ ad penitentiā concutienda ſalubri pauore ꝑmota. SEVE. in ſermone paſche: Si aūt ſic terra tremuit. cū dn̄s ad veniā ſcōꝝ reſurgeret: quō ꝯtremiſcet cū nocētiū oīm ſurget ad penā: dicēte ꝓpha: Terra tremuit cū reſurgeret i iudicio de⁹. Et quō dn̄i p̄ntiam ſuſtinebit: que āgeli p̄ntiā ſuſtinere nō valuit: nā ſequit: Angelus dn̄i deſcēdit de celo. Surgēte ſiquidem chriſto: morte pereūte terrenis redditur celeſte cōmertiū: ⁊ mulieri cui fuerat cū diabolo letale cōſiliū cū angelo colloquiū fit vitale. HYLA. Mulier

ricordie enim dei patris inſigne ẽ reſurgente filio
ab inferis virtutũ celeſtiũ myſteria mittere: atq; idõ
ꝑ resurrectionis ipſe ẽ iudex: vt quodã famulatu
p̃ne volũtatis reſurrectio nunciaret. BEDA in
ho. Qua enĩ chriſt⁹ de⁹ ⁊ hõ ẽ: inter acta hũanita-
tis ſemꝑ ei angeloꝝ miſteria deo debita nõ deſunt.
Seq̃r: Et accedens reuoluit lapidẽ. Nõ vt egreſſu-
ro dñõ ianuã pandat: ſed vt egreſſus ei⁹ iam facti
hoĩbus p̃ſtet indiciũ. Qui.n.mortalis clauſo virgi-
nis vtero potuit naſcẽdo ingredi mũdũ: ipſe factus
ĩmortalis: clauſo ſepulchro potuit reſurgẽdo exire
de mũdo. REMI. Significat aũt reuolutio lapi-
dis reſeratiõne ſacroꝝ chriſti q̃ lr̃a legis tegebãtur.
lex nãq; ĩ lapide ſcripta fuit: ⁊ idõ ꝑ lapidẽ deſigna-
tur. SEVE. Non aũt dixit: Voluit. ſed Reuoluit
lapidẽ: q: lapis aduolut⁹ ꝓbauit mortẽ: ⁊ reuolu-
tus extitit reſurrectiõis aſſertor. Mutat̃ hic ordo
reꝝ: ſepulchrũ mortẽ non mortuũ deuorat. domus
mortis mãſio fit vitalis. vteri noua forma mortuũ
recipit: reddit viuũ. Sequit̃: Et ſedebat ſuꝑ eũ. Se-
debat inquã cui nulla inerat laſſitudo: vt fidei do-
ctor: vt reſurrectiõis magiſter. ſedebat ſupra petrã
vt ſoliditas ſedẽtis daret credẽtib⁹ firmitatẽ: pone-
bat angel⁹ ſuꝑ petrã fundamẽta fidei: ſuꝑ quã chri-
ſtus erat eccleſiam fundatur⁹. Vel ꝑ lapidẽ monu-
mẽti põt deſignari mors: qua oẽs p̃mebant̃. ꝑ hoc
ḡ q angel⁹ ſuꝑ lapidem ſedit: ſignificat̃ q chriſtus
mortẽ ſua virtute ſubiecit. BEDA in ho. Et recte
ſtãs apparuit ãgel⁹ q̃ aduẽtũ dñi ĩ mũdo p̃dicebat:
vt ſtãdo deſignaret q: dñs ad debellãdũ mũdi prĩ-
cipem veniret. ꝑco aũt reſurrectiõis ſediſſe memo-
ratur: vt ſedẽdo ſignificaret eum ſuꝑato mortis au-
ctore ſedẽ regni iã cõſcendiſſe ꝑpetui. ſedebat autẽ
ſuꝑ lapidẽ r̃uolutũ q° oſtiũ monumẽti claudebat̃
vt clauſtra inferoꝝ ſua ipſũ v̄tute deieciſſe diceret.
AVG. de con. euan. Põt autẽ mouere quõ ſm
mattheũ angel⁹ ſuꝑ lapidẽ ſedebat reuolutũ a mo-
numẽto: cũ marcus dicat mulieres introeũtes ĩ mo-
numẽtũ vidiſſe iuuenẽ ſedentẽ in dextris: niſi intel-
ligam⁹ aut mattheũ tacuiſſe de angelo: quẽ intran-
tes viderũt: marcũ aũt de illo quẽ viderũt ſedẽtem
ſuꝑ lapidẽ: vt duos viderint: ⁊ a duobus ſigillatim
audierint que dixerũt angeli de ieſu. aut certe q di-
cit: Intrantes in monumentũ. in aliq̃ ſepta macerie
debem⁹ accipe qua cõmunitũ locũ tũc fuiſſe credi-
bile ẽ.i. in aliquo ſpacio ante petrã: in qua exciſa lo-
cus fact⁹ fuerat ſepulture: ut ipſũ viderint in eodẽ
ſpacio ſedẽtẽ a dextris: quẽ dicit mattheus ſedẽtẽ
ſuꝑ lapidẽ. Seq̃tur: Erat autẽ aſpe. ei⁹ ſic̃ fulgur: ⁊
veſti. ei⁹ ſic̃ nix. SEVE. Vult⁹ claritas a veſtium
cãdore ſepat̃: ⁊ facies fulguri: niui veſtis angeli cõ-
paratur: quia fulgor de celo: nix de terra. vñ ꝓpħa
Laudate dñm de terra: ignis: grãdo: nix ⁊c̃. In fa-
cie ḡ angeli claritas celeſtis ſeruatur nature. in ve-
ſte ſignificat̃ grã cõiõnis hũane: ⁊ ſic tẽpat̃ ſpecies
angeli colloquẽtis: vt carnales oculi ⁊ veſtiũ ferãt
placitã claritatẽ: ⁊ ex fulgure vultus: nũciũ ſui tre-
merẽt ⁊ reuererẽtur auctoris. IDEM in alio ſer.
Quid aũt facit indumentũ vbi tegẽdi neceſſitas nõ
habet̃: ſ; angel⁹ nr̃m habitũ nr̃am formã in reſur-
rectiõe ꝑfigurat: vbi hõ ipſa corpis ſui claritate ve-
ſtitur. HIE. In cãdido, etiã veſtitu angel⁹ ſignifi-
cat gloriã triũphantis. GREG. in ho. de paſ. Vel
aliter: In fulgure terror timoris ẽ: in niue aũt blan-
dimentũ candoris. q: vo oĩpotẽs de⁹ ⁊ terribilis ẽ
pctõribus ⁊ bland⁹ iuſtis: recte teſtis reſurrectiõis
ei⁹ angel⁹: ⁊ ĩ fulgure vultus: ⁊ in cãdore habit⁹ de-
monſtratur: vt de ipſa ſua ſpecie: ⁊ terret reprobos
⁊ mulcet pios. vñ ſeq̃tur: Pre timore aũt ei⁹ exter.
ſũt cuſto. ⁊ facti ſũt velut mortui. RABA. Timo-
ris anxietate ſũt exterriti: q: amoris fiduciã nõ ha-
bebãt: ⁊ facti ſũt velut mortui q̃ reſurrectiõis veri-
tatem credere noluerũt. SEVE. in ſer. paſche. Cu-
ſtodiebãt.n. crudelitatis ſtudio nõ pietatis obſeq̃o
ſtare.n. nõ põt quem cõſcĩa deſtituit: impellit rea-
tus: hinc ẽ q ãgel⁹ ꝑcellit impios: pios alloq̃tur: ⁊
ſolat̃. Seq̃r: Rñ. autẽ an. dixit mul. HIE. Cuſto-
des quidẽ timore ꝑterriti adinſtar mortuoꝝ ſtupe-
facti iacent: ⁊ angel⁹ tñ nõ illos: ſ; mulieres ꝯſolat̃
dicens: Nolite timere vos. q. d. Illi timeãt in q̃bus
remanet incredulitas. ceteꝝ vos q: ieſũ querit| cru-
cifixũ: audite q ſurrexerit: ⁊ ꝓmiſſa ꝑfecerit. vñ ſeq̃-
tur: Scio.n. q ieſũ q̃ crucifix⁹ ẽ queritis. SEVE.
Adhuc.n. crucifixũ ⁊ mortuũ requirebant: quaꝝ fi-
dẽ ſeua paſſionis ꝓcella turbauerat: ⁊ tẽtatiõis ita
eas pond⁹ incuruauerat: vt celi dñm q̃rerẽt ĩ ſepul-
chro. Nõ ẽ hi. RABA. ꝑ p̃ñtiã carnis: q̃ tñ nuſq̃
deeſt ꝑ p̃ñtiã maieſtatis. Seq̃r: Surrex.n. ſic̃ dix.
CHRY. in ho. q. d. Et ſi mihi nõ creditis: illi⁹ meme-
tote v̄boꝝ: deinde ⁊ alia ſeq̃r demõſtratio: cũ ſubdi-
tur: Ve. ⁊ vi. lo. vbi po. erat do. HIER. Ut ſi meis
v̄bis nõ credit| vacuo credatis ſepulchro. SEVE.
Angel⁹ ḡ p̃dicit nomẽ: crucẽ dicit: loq̃r paſſionem:
ſ; mox reſurrectiõ; mox dñm ꝯfitet̃. ⁊ angel⁹ poſt
tãta ſupplicia. p⁹ ſepulchrũ agnoſcit dñm ſuũ. Cur
hõ aut minoratũ deũ in carne iudicat: aut in paſſio-
ne exiſtimat defeciſſe v̄tutẽ? Dicit aũt crucifixũ: et
oñdit locũ vbi poſit⁹ erat dñs: ne alter ⁊ nõ idẽ re-
ſurrexiſſe crederet̃ ex mortuis. Et ſi dñs in eadẽ re-
dit carne: ⁊ ſue reſurrectiõis facit indicia: q̃re hõ in
alia putat ſe carne rediturꝫ? aut carnẽ forte ſeruus
dedignat̃ ſuã: cũ nr̃aꝫ dñs nõ mutauit? RABA.
Nõ aũt ſolis vobis hoc gaudiũ magnũ ꝯceſſũ ẽ oc-
culto corde tenere: ſ; ſiſit̃ amãtib⁹ debetis illud pã-
dere. vñ ſeq̃r: Et cito eũ. di. diſ. e. q: ſur. SEVE. q.
d. Reuertere ad viꝝ mulier iã ſanata: ⁊ ſuade fideꝫ
q̃ ꝑfidiã añ ſuaſiſti: Refer hoĩ reſurrectiõis indiciũ:
cui añ ꝯſiliũ ruine dediſti. Seq̃r: Et ecce p̃ce. vos ĩ
gali. CHRY. ĩ ho. Hoc aũt dic̃ eripiẽs eos a picul
ne timor fidẽ ĩpediret. HIE. Myſtice aũt p̃cedet
vos ĩ galileã: hoc ẽ ĩ volutabꝛ gẽtiliũ: vbi añ error
erat ⁊ lubricũ: ⁊ firmo ac ſtabili pede veſtigiũ nõ te-
nebat. Sequit̃: Ibi eũ videbit|: ecce p̃dixi vobis.
BEDA. ĩ ho. Bñ aũt domin⁹ ĩ galilea videtur a di-
ſcipulis qui iam de morte ad vitã: iam de corrupti-
one ad incorruptionem tranſierat: Galilea quippe
tranſmigratio interpretatur. felices femine que triũ-
phũ reſurrectionis mũdo annũciare meruerũt. feli-
ciores anime: que ĩ die iudicij ꝑculſis pauore repro-
bis: gaudiũ beate reſurrectiõis intrare meruerint.

¶ Et exierũt cito de monumento
cũ timore ⁊ gaudio magno: curren-
tes nũciare diſcipulis eius. Et ecce

ieſus occurrit illis dicens: Auete. Ille aũt acceſſerũt ⁊ tenuerunt pedes eius: ⁊ adorauerũt eum. Tunc ait illiſ ieſus: Nolite timere: ite nũciate fratribus meis ut eant in galileam: ibi me uidebunt.

HIERO. Mulieribus per ãgelũ adhortatis cõfeſtim dominus occurrit vt nunciature expectantibus diſcipulis: non angeli potius q̃ʒ chriſti ore loq̃rẽtur. vnde dicit̃: Et exierunt cito de monumento cum timore ⁊ gaudio magno. AVGVS. de con. euange. Egreſſe autẽ dicitur a monumẽto: hoc eſt ab illo loco vbi erat orti ſpaciũ ante lapidem effoſſum. HIERO. Duplex autem mẽtes mulierũ tenebat affectus: timoris ⁊ gaudii: ⁊ altera de miraculi magnitudine: altera ex deſiderio reſurgẽtis: et tamẽ vtraqʒ femineũ concitabat gradũ. vnde ſequitur: Currentes nunciare diſcipulis eius. Pergebãt enĩ ad apoſtolos: vt ꝑ illos fidei ſeminariũ ſpargeretur. Que autem ſic querebant: que ita currebant merebantur obuiaʒ habere dñm reſurgentẽ. vnde ſequitur: Et ecce ieſus occurrit illis dicẽs: Auete. RABANVS. Per hoc oſtendit ſe omnibus iter virtutũ inchoantibus: vt ad ſalutẽ ꝑpetuam peruenire queant adiuuãdo occurrere. HIERO. Prime mulieres merẽtur audire: Auete. vt maledictũ eue mulieris: in mulieribus ſolueretur. SEVERIA. In iſtis vero rebus eccleſie figuram manere euidenter oſtẽditur: quia diſcipulos ſuos chriſtus de reſurrectione arguit trepidantes. Occurrẽs autẽ iſtis nõ ꝑtãte terret: ſed preuenit charitatis ardore: chriſtus enĩ in eccleſia ſe ſalutat quã ſuũ recipit in corpus. AVGV. de cõcor. euangeliſtaꝝ: Colligimꝰ ⁊ angeloꝝ allocutionem bis numero eas habuiſſe veniẽtes ad monumentũ: ſcilʒ cum viderant vnum angelũ de quo narrat mattheus ⁊ marcus: ⁊ cum poſtea viderũt duos vt narrant lucas ⁊ iohannes. Et ſimiliter ipſiꝰ dñi bis: ſemel ſcilʒ illic quãdo maria hortulanũ putauit: ⁊ nũc iteꝝ cum eis occurrit in via: vt eas ipſa repetitione firmaret: atqʒ a timore recrearet. SEVERIANVS: Sʒ ibi marie nec tangẽdi datur facultas: hic non ſolũ tangendi ſʒ tenendi copia tota conceditur. vnde ſequit̃: Ille aũt acceſſerũt ⁊ tenuerunt pedes eius: ⁊ adorauerunt eũ. RABA. Superius quidẽ dictũ eſt: quia clauſo ſurrexit monumẽto: vt imortale iam factũ doceret eſſe corpꝰ quod in monumẽto clauſum fuerat mortuũ. Tenendos aũt mulieribus nunc ꝓbuit pedes: vt intimaret veram ſe carnẽ habere: que a mortalibuſ tangi poſſet. SEVERIANVS: Iſte q̃dẽ tenẽt pedes chriſti que in eccleſie typo euangelice ꝑdicationis tenẽt ⁊ merentur excurſum: ac ſic fide aſtringunt ſui veſtigia ſaluatoris: vt totius deitatiſ ꝑueniant ad honorẽ. Illa auteʒ merito audit: Noli me tangere. que in terris deflent dñm: ⁊ ſic in ſepulchro querit mortuũ: vt in celis eũ neſciat regnare cũ patre. Quod ergo eadẽ maria nũc in fidei vertice conſtituta tangit chriſtũ: ac tenet toto ſanctitatis affectu: nunc imbecillitate carniſ ⁊ feminea infirmitate deiecta dubitat. ⁊ tactũ ſui non meret̃ auctoris: non facit queſtionẽ. Siquidẽ illud de figura ẽ: hoc de ſexu. illud ẽ de diuina gratia: hoc de humana natura: quia nosipſi cum diuina ſcimus deo viuimus: cũ humana ſapimus cecamur ex nobis. Tenuerunt aũt pedes eius: vt ſcirent in capite chriſti virũ eſſe: ſe aũt eſſe in pedibus chriſti: ⁊ datum ſibi virũ ſequi: non ꝑire ipſũ. Quod aũt dixerat angeluſ dicit ⁊ dñs: vt quas firmauerat angelus: chriſtus redderet firmiores. Sequitur: Tunc ait illis ieſus: Nolite timere. HIERO. Et in veteri ⁊ in nouo teſtamento hoc ſemꝑ obſeruãdũ ẽ q̄ quãdo aliqua auguſtior apparuerit viſio: primuʒ timor pellatur: vt ſic mente placata poſſint que dicitur audiri. HYLA. In contrariũ aũt ordo cauſe ꝑncipalis eſt reditus: vt quia a ſexu muliebri cepta mors eſſet: ipſi ꝑmũ reſurrectiõis glorie ⁊ viſus ⁊ nuncius redderetur. vnde dñs ſubdit: Ite nũciate fratribꝰ meis vt eant in galileam: ibi me videbũt. SEVERIA: Vocat fratres quos corpis ſui fecit eẽ germanos: vocat frẽs quos benignꝰ heres ſibi ꝯſtituit coheredes: vocat frẽs quos patris ſui adoptauit filios. AVGV. de concor. euange. Quod autem dñs nõ vbi primũ ſe monſtraturus erat: ſed in galilea: vbi poſtea viſus eſt ſe videndũ mãdauit: ⁊ ꝑ angelum ⁊ ꝑ ſeipſũ: q̃ʒuis fidelẽ facit intentũ ad querendum in quo myſterio dictũ intelligit̃: Galilea nãqʒ interꝑtat̃ vel trãſmigratio vel reuelatio. Prius itaqʒ ſʒ trãſmigratiõis ſignificationeʒ: quid aliud occurrit intelligẽdũ: niſi q̄ chriſti gr̃a õ ꝑplo iſrl̃ trãſmigratura erat ad gẽtes: qbꝰ apl̃i ꝑdicãtes euãgeliũ nullo mõ crederẽt: niſi eis ipſe dñs viam in cordibus hoĩm ꝑpararet: et hoc intelligitur: Precedet vos i galileã. Nõ aũt ſubdit̃: Ibi eũ videbitis. ſic intelligitur. i. ibi mẽbra eiꝰ inuenietis: ibi viuũ corpus eiꝰ in his q̃ vos ſuſceperint agnoſcetis. Scdm̃ autẽ q̄ galilea interꝑtatur reuelatio: non iam in forma ſerui intelligẽdũ eſt: ſʒ in illa in qua equalis eſt patri. Illa erit reuelatio tanq̃ʒ vera galilea: cũ ſimiles ei erimꝰ: ⁊ videbimꝰ eũ ſicuti ẽ. Ipſa etiã erit beatior trãſmigratio ex iſto ſeculo in illã eternitatem.

Que cũ abiſſent: ecce quidã de cuſtodibuſ uenerunt in ciuitatem ⁊ nunciauerunt ꝑncipibus ſacerdotũ omnia que facta fuerãt. Et congregati cum ſenioribus ꝯſilio accepto: pecuniam copioſam dederũt militibus dicentes: Dicite quia diſcipuli eiꝰ nocte ueneſt: ⁊ furati ſũt eũ nob dormiẽtibus. Et ſi hoc auditũ fuerit a ꝑſide: nos ſuadebimus ei: et ſecuroſ uos faciemus. At illi accepta pecunia: fecerũt ſic erãt edocti. Et diuulgatũ eſt uerbuʒ iſtud apud iudeos: uſqʒ i hodiernum diem.

CHRY. in home. Signoꝝ que circa chriſtũ appa

ruerunt: quedã fuerunt orbi terrarũ cõmunia: puta tenebre: quedã propria militibus cuſtodientib⁹: ſicut mira angeli apparitio: ⁊ terremotus que ꝓpter milites facta ſũt vt ſtupefierent: ⁊ ab ipſis fiat teſtimoniũ veritatis. veritas enĩ a cõtrariis diuulgata magis refulget: qḋ ⁊ contigit. vñ dr̃: Que cũ abiiſſent ſꝫ mulieres. Ecce quidã de cuſtodibus venerũt in ciuitatẽ: ⁊ nunciauerũt ꝑncipibus ſacerdotuꝫ oĩa q̃ facta fuerãt. RABA. Simplex quidẽ animi qualitas ⁊ indocta hoĩm ruſticitas: ſepe veritatẽ rei ut eſt ſine fraude manifeſtat: at cõtra verſuta maligni tas: falſitatẽ veriſimilib⁹ verbis pro vero cõmẽdare decertãt. HIERO. Principes ḡ ſacerdotũ qui debuerãt cõuerti ad pñiam: ⁊ ieſum querere reſurgentẽ: pſeuerant in malicia: ⁊ pecuniã que ad vſus templi data fuerat vertũt in redemptionẽ mendacii: ſicut ⁊ ante. xxx. argenteos iude dederũt ꝓditori. vnde ſequitur: Et congre. cũ ſenio. conſi. accepto: pecu. copio. dederũt militibus dicẽtes: Dicite qꝛ diſci. eius nocte vene. ⁊ fura. ſunt eũ nobis dormientibus. SEVERI A. Nõ. n. contenti ſũt interfeciſſe magiſtrũ: imo etiã quõ diſcipulos perdere poſſint moliuntur: diſcipulorum crimẽ eſſe faciũt virtuteꝫ magiſtri: plane amiſerũt milites: pdiderũt iudei. ſꝫ diſcipuli magiſtrũ ſuũ: nõ furto ſed fide: virtute nõ fraude: ſanctitate nõ crimine: viuũ nõ mortuũ ſuſtulerũt. CHRY. in ho. Qualiter enĩ furarẽtur diſcipuli hoĩes paupes ⁊ ideote: ⁊ neqꝫ apparere audẽtes: Si enĩ adhuc xp̃m viuũ vidẽtes fugerũt: qualiter mortuo eo nõ timuiſſent tot militũ multitudinem: Nũquid oſtiũ ſepulchri poterant euertere: lapis enĩ iminebat magnus: multis indigẽs manibus. Nunqḋ etiam non erat ſigillũ ſupimpoſitũ: Propter quid aũt non furati ſunt ꝑma nocte: quãdo nullus ſepulchro affuit. Sabbato. n. pecierunt a pilato cuſtodiã: Quid aũt ſibi volunt hec ſudaria q̃ petrus vidit iacentia: Si enim vellent furari: non eſſent nudum corpus furati: non ſolum ne iniuriarentur: ſed ne etiam in exuendo tardarent ⁊ tribuerent militibus ſe detinendi facultatem: maxime q̃a mirrha erat corpori ⁊ veſtimentis affixa: ita glutinoſa vt nõ facile eſſet a corpore auellere veſtimenta: quare non pſuaſibilia ſunt q̃ de furto dicta ſũt. Vñ p q̃ reſurrectionẽ obumbrare conant: p hec eã faciũt clarere. Dicẽtes. n. q̃ diſcipuli furati ſũt: confitentur nõ eſſe corpus in ſepulchro. furtũ aũt oſtendit eẽ mendax cuſtodia militũ ⁊ diſcipuloꝝ pauor. REMI. Sed ſi cuſtodes dormierunt: quomodo furtu viderũt: ⁊ ſi non viderũt: quomodo teſtes fuerunt: ⁊ iõ quod voluerũt facere non potuerũt. GLO. Ne autẽ timore ꝑncipis a timore reuocarẽtur: timentes propter negligẽtiã puniri ſubdũt: Et ſi hoc auditũ fuerit a ꝑſide: nos ſuadebim⁹ ei ⁊ ſecuros vos faciemus. CHRY. in home. Vide omnes corruptos: Pilatus enim ipſe pſuaſus eſt: plebs iudaica cõmota ẽ: milites corrupti ſũt. vnde ſequitur: At illi accepta pecunia fecerunt ſicut erant edocti. Si pecunia apud diſcipulũ tantam habuit virtutẽ: vt eum faceret magiſtri proditorem: non mireris: ſi pecunia milites ſuperãtur. HYLA. Emitur ergo reſurrectionis ſilentiũ: ⁊ mendaciũ furti argento: qꝛ honore. ſ. ſeculi. qui in pecunia eſt ⁊ cupiditate: chriſti gloria denegatur. RABA. Sicut aũt ſanguis reatus quẽ ſibi ⁊ poſteris ſuis ipſi impcabãt: grauis peccatorum ſarcina illos ꝑmit: ita emptio mendacii per quod reſurrectiõis denegãt veritatẽ: reatu eos conſtringit ppetuo. vnde ſequitur: Et diuulgatũ eſt verbũ iſtud apud iudeos vſqꝫ in hodiernũ diem. SEVERI. Apud iudeos quidem diuulgatum eſt: non apud chriſtianos. quod enĩ in iudea iudeus obſcurabat auro: fide toto claruit ĩ mũdo. HIERO. Omnes aũt qui ſtipe templi: ⁊ his que conferũtur ad vſus eccleſie abutũtur: in aliis rebus qb⁹ ſuã expleãt volũtatem: ſimiles ſunt ſcribarũ ⁊ ſacerdotum redimentium mendaciuꝫ ⁊ ſaluatoris ſanguinem.

Vndecim aũt diſcipuli abierũt i galileã in montẽ ubi conſtituerat illis ieſus. Et uidẽtes eum adorauerunt: quidã autẽ dubitauerũt. Et accedens ieſus locutus ẽ eis dicẽs: Data eſt mihi oĩs poteſtas in celo ⁊ in terra. Euntes ergo docete oẽs gẽtes: baptizãtes eos in noĩe patris ⁊ filii ⁊ ſpũſſancti: docẽtes eos ſeruare omnia quecunqꝫ mandaui uobis. Et ecce ego uobiſcũ ſũ oib⁹ diebus: uſqꝫ ad ꝯſummationẽ ſeculi.

BEDA in home. Poſtq̃ dominicã reſurrectionẽ ab angelo nunciatã beatus mattheus aſſeruit: viſionem dñi etiaꝫ a diſcipulis impletam refert: dicẽs: Vndecim aũt diſcipuli abierũt in galileã in montẽ vbi conſtituerat illis ieſus. nam pergẽs dñs ad paſſionẽ ait diſcipulis: Poſtq̃ reſurrexero: precedam vos in galileã. Angelus quoqꝫ mulieribus ait: Dicite diſcipulis eius: quia precedet vos in galileam. Quapropter viſioni magiſtri obediẽtia diſcipuloꝝ obſequitur. Recte aũt vndecim diſcipuli ad adorãdum pergũt. iam enĩ vnus perierat: q̃ dñm ac magiſtrũ ſuũ tradiderat. HIERO. Poſt reſurrectiõeꝫ ergo ieſus in galilee monte conſpicitur: ibiqꝫ adoratur: lꝫ quidam dubitent ⁊ dubitatio eoꝝ noſtram augeat fidem. Sequit: Et vidẽtes eũ adorauerunt: quidã aũt dubitauerũt. REMI. Hoc auteꝫ lucas euãgeliſta plenius manifeſtat: Refert enĩ qꝛ cũ dñs reſurgẽs a mortuis ipſe apparuiſſet diſcipulis: ipſi cõturbati ⁊ exterriti: exiſtimabant ſe ſpũ videre. RABA. In monte quidem apparuit eis dñs: vt ſignificaret qm̃ corp⁹ qḋ de cõi generis humani terra naſcendo ſuſceperat: reſurgẽdo iam ſup terrena omnia ſubleuauerat: ⁊ vt admoneret fideles: ſi illic celſitudinem reſurrectionis ei⁹ cupiũt videre: hĩc ab infimis voluptatib⁹ ad ſupna ſtudeãt deſideria trãſire. Ieſus autẽ diſcipulos in galileã ꝑcedit: q̃a chriſt⁹ reſurrexit a mortuis ꝑmitie dormiẽtũ. Sequitur autem hi q̃ ſũt chriſti: ⁊ ſuo ordine ad vitã de morte trãſmigrãt in ſua ſpecie diuinitatem cõtẽplãtes. ⁊ huic congruit q̃ galilea reuelatio interpretatur:

AVGV. de con. euāge. Sed conſiderandum eſt
quomodo corporaliter in galilea dn̄s videri potue
rit: quia enim non ipſo die quo reſurrexit viſus eſt
manifeſtuꝫ eſt. nam in hieruſalē viſus eſt eo die in
initio noctis: vt lucas ⁊ iohānes aptiſſime ꝯſonāt.
neqꝫ etiā in ſequentibus octo dieb⁹: poſt quos dic̄
iohānes diſcipulis apparuiſſe dn̄m: vbi p̄mo eū vi-
dit thomas: q̄ eū non viderat die reſurrectionis ei⁹:
niſi q̄s dicat nō illos vndecim q̄ iam tūc apl̄i voca-
bant̄: ſꝫ diſcipuloꝝ illic. xi. fuiſſe ex multo numero
diſcipuloꝝ. Sed occurrit aliud qḋ obſiſtit: Johes
enī qn̄ cōmemorauit nō in mōte ab vndecim: ſꝫ ad
mare tyberiadis a ſeptē piſcātib⁹ viſū eē dn̄m: Hoc
iam tertio inquit manifeſtauit ſe ieſus diſcipulis
ſuiſ. quod intelligendum eſt ad numerum dierum
retuliſſe: non ad numerum manifeſtationū. Si au-
tem acceperimus intra illos octo dies anteq̄ꝫ eum
thomas vidiſſet ab. xi. diſcipulis q̄buſqꝫ dominū vi
ſum nō erit ad mare tyberiadis tertio manifeſtū eē
ſꝫ quarto: ac ꝑ hoc cogimur intelligere poſt oīa fa-
ctū eſſe ꝙ eū in monte galilee diſcipuli vndecim vi
derūt. Inuenim⁹ itaqꝫ apud q̄tuor euāgeliſtas de-
cies cōmemoratū dn̄m viſū ab hoībus eſſe poſt re-
ſurrectionē: ſemel ad monumētū mulieribus: iterū
eiſdem egrediētibus a monumēto in itinere: tertio
petro: quarto duob⁹ eūtibus in caſtellū: q̄nto pluri
bus in hieruſalem vbi non erat thomas: ſexto vbi
vidit eum thomas: ſeptimo ad mare tyberiadis:
octauo in monte galilee ſm̄ mattheum: nono ꝙ
dicit marcus: nouiſſime recumbentibus. quia iam
nō erāt in terra cū illo ꝯuiuaturi: decimo ī ipſo die
nō iam in terra: ſꝫ eleuatū in nube: cum in celū aſcē
derat qḋ marcus ⁊ lucas cōmemorāt. ſꝫ nō oīa ſcri
pta ſūt: ſicut iohānes fatet̄: crebra enī erat ei⁹ cū il-
lis cōuerſatio ꝑ dies. xl. ꝑuſq̄ꝫ aſcēdiſſet in celum.
REMI. Uidētes ḡ diſcipuli dn̄m cognouerūt: ⁊ ic
circo dimiſſis in terrā vultibus adorabāt. ⁊ iō pius
⁊ clemēs magiſter vt oēm dubietatē auferret a cor
dibus eoꝝ: accedēs ad eos corroborauit in fide. vn̄
ſequit̄: Et accedēs ieſus locut⁹ ē eis dicēs: Data ē
oīs ptās in celo ⁊ in terra. HIERO. Illi aūt pote
ſtas data ē q̄ paulo ante crucifixus: q̄ ſepult⁹ in tu-
mulo: q̄ poſtea reſurrexit. RABA. Nō. n. hoc de
coeterna patri diuinitate: ſꝫ de aſſumpta hūanitate
ſm̄ quā minorat⁹ ē paulomin⁹ ab āgelis. SEVE.
Filius quippe dei: v̄ginis filio: deus hoī. Diuinitas
carni cōtulit qḋ ſꝑ ipſe cū p̄re poſſedit. HIERO.
In celo aūt ⁊ in terra ptās data ē: vt q̄ añ regnabat
in celo ꝑ fidem credētiū regnet in terris. REMI.
Nō ḡ pſalmiſta de reſurgēte dn̄o dicit: Cōſtituiſti
eum ſuper opa manuū tuarum: hoc nūc dn̄s dicit:
Data eſt mihi oīs poteſtas ī celo ⁊ in terra. Et hic
ſciēdū quia anteq̄ꝫ dominus ſurrexiſſet a mortuis
nouerant angeli ſe ſubiectos hoī chriſto. Uolēs ḡ
chriſtus etiam hominib⁹ notū fieri ꝙ data eſſet ſi-
bi omnis ptās in celo ⁊ in terra: p̄dicatores miſit: q̄
verbū vite cūctis nationibus p̄dicarent. Un̄ ſequit̄:
Euntes ergo docete omnes gentes. BEDA ī ho.
Qui enī ante paſſionē ſuā dixerat: In viam gentiū
ne abieritis: ſurgēs a mortuis dicit: Ite docete oēs
gentes. Quapropter cōfundant̄ iudei q̄ dicūt chri-
ſtū tm̄mō ad ſuā ſalutē eſſe venturū. Erubeſcant ⁊

donatiſte q̄ localiter chriſtū concludere cupientes
dixerūt eū tm̄mō in aphrica eſſe: nō in aliis regiōi-
bus. HIERO. Primū ḡ docet omnes gētes: de-
inde doctas intingūt ī aqua: nō enī pōt fieri vt cor-
pus baptiſmi recipiat ſacramentū: niſi ante omnia
fidei ſuſceperit veritatē: baptizantes eos in nomine
patris ⁊ filii ⁊ ſpūſſancti: ut quoꝝ eſt vna diuinitas
ſit vna largitio: nomenqꝫ trinitatis vnus deus.
SEVERI. Oēs ergo gētes poteſtas vna cādēqꝫ
recreat ad ſalutem que creauit ad vitam. DIDI-
MVS in libro de ſpūſancto: Licꝫ autē quis poſſit
exiſtere mentis aliene: qui ita baptizare conetur vt
vnū de p̄dictis nominibus p̄termittat: videlicꝫ con
trarius chriſto legiſdatori: tamē ſine pfectione ba-
ptizabit: imo penitus a peccatis liberare non pote-
rit: quos a ſe exiſtimauerit baptizatos. Ex his autē
colligitur q̄ꝫ indiuiſa ſit ſubſtantia trinitatis: ⁊ pa-
trem vere filii eſſe patrem: ⁊ filiū vere patris filium
⁊ ſpūſanctū vere patris ⁊ dei filii eſſe ſpūm: ⁊ inſup
ſapientie ⁊ veritatis. i. filii dei. Hec eſt ſalus creden-
tiū: ⁊ diſpenſatio eccleſiaſtice diſcipline in hac trini
tate perficitur. HYLA. Quid enī in hoc ſacramē-
to ſalutis humane non continet̄: plena ſunt oīa vt
a pleno ⁊ pfecto prolata. Habet enī nature ſue no-
men in patre: ſed pater tm̄ eſt: non enī humano mo
do habet aliunde ꝙ pater eſt. Ipſe ingenitus: eter-
nus: habens in ſe ſemper: vt ſemper ſit ſoli filio no-
tus. Filius autē eſt ꝓgenies ingeniti: vnus ex vno:
verus a vero: viuus a viuo: pfectus a pfecto: virtu-
tis virtus: ſapientie ſapiētia: glorie gloria: imago in
uiſibilis dei: forma patris vnigeniti. Spiritus autē
ſanctus non pōt a confeſſione patris ⁊ filii ſepara-
ri. ⁊ quidem vbiqꝫ non deeſt hoc expectationis no
ſtre ſolatium. hic in donorum operationibus futu-
re ſpei pignus eſt. hic mētiū lumē: hic ſplendor ani
morum eſt. Hec igitur licꝫ mutare non poſſint he-
retici: afferūt tamen humana cōmenta: vt ſabellius
patrem ex quo tendat in filiū: idqꝫ nominibus po-
tius confitendū putat eſſe q̄ꝫ rebus: cum ipſis filiū
proponat ⁊ patrem: vt ebion omne initiū ex maria
concedens: non ex deo hominē: ſed ex homine deū
ꝓferat: vt arriani qui ex nihilo atqꝫ ex tempore for
mā ⁊ ſapientiā ⁊ virtutē dei producūt. Quid autem
mirū eſt vt de ſpiritusancto diuerſa ſentiant: qui in
filio largitore eius tam temerarii ſunt auctores.
HIERO. Conſideratur autem hic ordo p̄cipuus:
Juſſit ap̄los vt primū docerent vniuerſas gētes: de-
inde fidei tingerēt ſacramēto: ⁊ poſt fidem ac bapti
ſma que eſſent obſeruanda preciperent. vnde ſequi
tur: Docentes eos ſeruare omnia quecūqꝫ manda-
ui vobis. RABA. Quia ſicut corpus ſine ſpiritu
mortuū eſt: ita ⁊ fides ſine operibus mortua eſt.
CHRY. in home. Quia vō eis magna iniūxerat: eri
gens eorum ſenſus dicit: Et ego vobiſcum ſum om
nibus diebus vſqꝫ ad conſūmationē ſeculi. q. d. ne
dicatis difficile eſſe iniunctum negociū: ego ſum vo
biſcū qui oīa facio leuia. Nō autē cum illis ſolum
dixit ſe futuꝝ eē: ſꝫ ⁊ cū oībus qui poſt illos crediti
nō enī vſqꝫ ad ꝯſūmationē ſeculi apl̄i manſuri erāt
ſed ſicut vni corpori fidelib⁹ loquit̄. RABA. Ex
h̄ āt intelligit̄ ꝙ vſqꝫ ad finē ſcl̄i nō ſūt defuturi in
mundo q̄ diuīa manſione ⁊ inhabitatiōe ſunt digni.

CHRY. Rememorat aūt eis ⁊ ꝯſūmatiōez: vt eos magis attrahat: ⁊ ne pñtia ſolū aſpiciāt: ſed ⁊ futura bona ⁊ ſine fine māſura. q. d. Triſticia quā ſuſtinebitis ſimul cū pñti vita ꝯſūmet: ⁊ totū ſeculū ī conſūmationē deueniet: bona aūt q̄bus potiemini ſunt in eternū pmāſura. BEDA in ho: Querit aūt q̄re hic dicat: Ecce ego vobiſcū ſū. cū alibi dixiſſe legat: Vado ad eū qui me miſit: ſed alia ſūt q̄ humanitati aſcribuntur: ⁊ alia q̄ diuinitati. Ibit ad patrē p humanitatē: manet aūt cū diſcipulis in forma qua eſt patri equalis. Qđ aūt dicit: Uſq3 ad ꝯſūmationem ſeculi. finitū pro infinito ponitur. nam qui in pñti ſeculo manet cū electis eos ꝓtegēdo: ipſe p⁹ finē cū eis manebit: eos remunerando. HIERO. Qui ſe vſq3 ad cōſūmationē ſeculi cū diſcipulis ſe eſſe promittit: ⁊ illos oñdit ſemp eſſe victuros: ⁊ ſe nunq̄ a credētibus receſſuri. LEO papa ī ſer. de paſ. Qui enī aſcēdit in celos nō deſerit adoptatos: ⁊ ipſe deorſū cōfortat ad patiētiā: qui ſurſum inuitat ad gloriā: Cuius glorie participes nos faciat ipſe chriſtus rex glorie: qui ē deus benedictus in ſecula amen.

Incipiunt capitula euangelij matthei p ordinem.

Primū natiuitas dñi noſtri ieſu chriſti.
Secūdum magorū munera: occultatio ieſu: Infantes interficiuntur.
Tertium: Regreſſus ieſus ex egypto in nazareth: a iohanne in iordane baptizatur.
Quartum: Jeſus in deſerto tētatus a diabolo vicit petrum ⁊ andream: iacobū ⁊ iohannez piſcatores cōuocat: ⁊ circuiēs varios languores hoīm curat.
Quintum de beatitudine ⁊ ceteris mandatis.
Sextū: Orationem docet: ⁊ inter cetera mandata non eſſe cogitandū de victu ⁊ veſtitu predicit.
Septimū: Nō eē ꝑpropere iudicandū: de margaritis ante porcos nō mittēdis: petendū: querendū: ⁊ pulſandū: a pſeudo ꝓphetis cauendū: q2 nō oēs q̄ dicūt mihi: dñe dñe intrabunt in regnū celoꝝ. De domo edificata ſupra petrā vel harenam.
Octauo: Leproſū mūdat: puerū cēturionis paralytici curat: ſocꝝ petri a febribus liberat. De primis curis: et ut mortui mortuos ſuos ſepeliāt cuidam dicit. nauigans tempeſtatem ſedat. in terra gerazenorum demonia eiecit.
Nonū: Paralytic⁹ curat⁹ lectū ſuū baiulat: Matheū ꝯuocat. dicit phariſeis nō eſſe op⁹ medico validis. parabolā panni ⁊ ſciſſure ⁊ vtriū ⁊ vini ponit Mulierem a profluuio liberat: ⁊ filiam principis cuiuſdam mortuaz ſuſcitat. cecis oculos aperit. ſurdum ⁊ mutum demoniū eiicit.
Decimuz: Duodecim apl'os ꝓmittit cū oī doctrina ac dicit: ꝙ non venerit pacem mittere ſup terram ſed gladium.
Undecimum: Teſtimoniū dicit ie[illegible] de iohanne: atq3 increpat ciuitates que creden[illegible] fuerunt. Cōfeſſio domini ad patrē ⁊ iugum dñi leue eſt.
Duodecimū: Diſcipuli ſpicas vellūt. manū aridam habentē ſanat. hominē a demonio cecum ⁊ mutuz liberat: ⁊ in ꝓncipe demoniorum facere opinātes: deſtruit. Jone ⁊ niniuitaꝝ ſignū phariſeis tradidit. matrem ⁊ fratres ſpernit.
Decimūtercīū de nauicula turbis parabolas exponit. prophetam in patria ſua ſine honore eē dicit.
Decimūquartū de iohānis capite in diſco: de q̄nq3 panibus ⁊ duobus piſcibus in q̄nq3 milia viros. ieſus ſupra mare ambulans petꝝ mergentē releuat.
Decimūq̄ntū ꝙ ea magis que de corde exeūt coinquinant hominē. Filiā mulieris ſyrophenīſſe a demonio liberat: ⁊ multos alios ſanat.
Decimūſextū de ſeptez panibus in. iiij. milia viros. A fermento phariſeoꝝ cauēdū chriſtū dei viui filiū eē petrus confitet. quēq3 p⁹ paululū dure icrepat.
Decimūſeptimū: in monte trāſfigurat. pueꝝ lunaticū curat. de ſtatere in ore piſcis.
Decimūoctauū: Humilitatē docet ſicut pueri: ⁊ nec minimū fideliū ſcandalizādū: quoꝝ āgeli faciē p[illegible] ſemp vidēt: corripiēdos frēs ⁊ ſepi⁹ indulgēdū.
Decimūnonū: Silitudo de illo q̄ ꝯſeruū ſuum propter cētū denarios ſuffocat. De eunuchis infantes non eſſe arcendos a benedictione. Difficile diuitez intrare in regnū celorum.
Uiceſimū de primiſ nouiſſimos futuros: parobolā operarioꝝ in vinea conductorum: De petitione filiorum zebedei: ⁊ de primis accubitibus cene: De duobus cecis ſecus viam curatis.
Uiceſimūprimū de aſino ⁊ pullo eius: De ficu arefacta. Interrogatus in qua poteſtate hec faceret: interrogat de iohannis baptiſmate: ſubiungēs parabolā duorum filioꝝ in vineā miſſoꝝ: parabolam de vinee colonis q̄ interficiūt ad ſe miſſos.
Uiceſimūſecūdū: Parabolā de his qui inuitati ad nuptias venire ꝯtēnunt: De denario ceſaris: De muliere q̄ ſeptem viros habuit. Jeſus tētatus a phariſeis interrogat: cuius filius eſt chriſtus.
Uiceſimūtertiū: Increpans ſcribas dicit: Ueh vobis ſcribe ⁊ phariſei. Increpatio ciuitatis hieruſalē de occiſione prophetarum ⁊ lapidatione.
Uiceſimūquartum de ſignis nouiſſimoꝝ dierum: De aduentu ſaluatoris.
Uiceſimūquintum de decem virginibus: De talētis: De ouibus a dextris ⁊ hedis a ſiniſtris.
Uiceſimūſextum: Judeorum conſiliū de comphēdendo ieſu: ⁊ cetera que in cena dñi geſta ſunt.
Uiceſimūſeptimū: Petro ꝓdicit ꝙ tertio cū abnegaturus eſſet: oratio ieſu ad patrem: ⁊ cetera cū traderetur. Paſſio dñi ⁊ ſepultura.
Uiceſimūoctauū: Reſurrectio eī⁹: Item madata ⁊ doctrina eius de baptiſmo.

Dominica prima aduentus Cum appropinquaſſet xxi

Dominica ſecūda in aduentu. tertia
Cum audiſſet iohannes in vinculis. xi
In feſto ſancti ſtephani martyris.
Ecce ego mitto ad vos. xxiij.
In feſto innocētiū Angelus dñi apparuit. ij.
In epiphonia domini.
Cum natus eſſet ieſus in bethleem. ij.
Dominica ſecunda poſt octauam epipha.
Cum deſcendiſſet ieſus de. viij
Dominica tertia Aſcēdente ieſu in naui. viij.
Dñica quarta Sīl'e factū ē regnū celoꝝ. xiij.
In ſeptuageſima Simile ē regnū celoꝝ. xx.
Feria quarta in capite ieiunij.
Cum ieiunatis nolite fieri ſicut hy. vj.

Feria qnta Cũ introiſſet ieſus capharnaũ. viij.
Feria ſexta Audiſtis q2 dictũ ẽ antiquis. v.
Dominica prima in quadrageſima.
Ductus eſt ieſus in deſertum iiij.
Feria ſecũda Cum venerit filius hoĩs. xxv.
Feria tertia Cũ intraſſet ieſus hieroſoly. xxi.
Feria quarta Acceſſerũt ad ieſũ ſcri. ⁊ pha. xij.
Feria qnta Egreſſus ieſus: ſeceſſit in partes. xv.
Dominica ſecunda in quadrageſima.
Aſſumpſit Jeſus petrum iacobũ ⁊ iohannẽ. xvij.
Feria tertia Locut⁹ ẽ ieſus ad turbas ⁊ ad. xxiij.
Feria q̃rta Aſcẽdẽs ieſus hieroſoly. xx.
Feria ſexta Homo quidã erat pr̃fami. xxj.
Feria tertia poſt tertiaꝫ dñicã in quadrageſima.
Reſpiciens ieſus diſcipulos ſuos. xviij.
Feria quarta Acceſſerũt ad ieſũ ſcri. ⁊ pha. xv.
Dominica in ramis palmarum.
Cum appropinquaſſet ieſus hierolymam.
Scitis quia poſt biduum paſcha fiet. xxvj.
Sabbato Veſpere autem ſabbati. xxviij.
Feria ſexta poſt dominicam in paſcha.
Undecim diſcipuli. xxviij.
Dominica quinta poſt penthecoſten.
Niſi abundauerit iuſticia.
Dñica ſeptima Attẽdite a falſis prophetis. vij.
Dñica. xiiij. Nemo põt duobus dñis ſeruire. vj.
Dñica. xvij. Acceſſerũt ad ieſum. xxij.
Dñica. xviij. Aſcẽdẽs ieſus in nauicu. ix.
Dñica. xix. Siĺe eſt regnũ celoꝝ hoĩ regi. xxij.
Dñica. xxij. Abeũtes phariſei. xxij.
Dñica. xxiij. Loquẽte ieſu ad turbas. ix.
Dñica. xxiiij. Cũ videritis abomina. xxiiij.
In feſto ſcĩ andree Ambulãs ieſus iuxta mare. iiij.
In feſto ſcẽ agnetẽ Siĺe ẽ reg. celo. theſauro. xiij.
In conuerſione ſancti pauli apoſtoli
Ecce nos relinquimus omnia. xix.
In cathedra ſcĩ petri Venit ieſus in partes. xvi.
In feſto ſcĩ matthie apl̃i Cõfitebor tibi pr̃. xi.
In feſto ſcĩ petri apl̃i Venit ieſus ĩ ptes. xvi.
In feſto ſcĩ pauli apl̃i Ecce nos reliq̃m⁹ oĩa. xix.
In feſto ſcõꝝ. vij. fratrũ Ecce mater. xii.
In feſto ſcĩ iacobi apl̃i Acceſſit ad ieſũ mater. xx.
In natiuitate ſancte marie virginis
Liber generationis ieſu chriſti. i.
In octaua apoſtolorum petri ⁊ pauli
Juſſit ieſus diſcipulos ſuos aſcen. in naui. xiiii.
In ſancti matthei apoſtoli
Uidit ieſus hominem ſedentem in the. ix.
In dedicatione ſancti michaelis
Acceſſerunt diſcipuli ad ieſum di. q̃ſputas. xviii.
In vigilia plurimorum apoſtolorũ
Ecce ego mitto vos ſicut oues. x.
Ecce nos reliquimus omnia. xix.
In nat vnius martyris
Nolite arbitrari quia venerim mit. x.
Si quis vult poſt me venire. xvi.
Nihil opertũ quod non reueletur. x.
In natali plurimorum martyrum
Confitebor tibi pater celi ⁊ terre. xi.
Sedente ieſu ſuper montem oliueti. xxiiii.
Uidens ieſus turbas aſcen. in montem. v.
In vigilia natiuitatis domini noſtri ieſu chriſti
Cum eſſet deſpõſata mater ieſu. i.
In natali confeſſorum pontificum
Uos eſtis ſal terre: quod ſi eua. v.
Uigilate quia neſcitis qua hora. xxv.
Homo quidam peregre proficiſcens. xxv.
In natali ṽginũ. Siĺe ẽ regnũ ce. x. ṽginib⁹. xxv.
Simile eſt regnũ celorum theſauro abſcon. xiii.
In honore ſancte crucis
Aſſumpſit ieſus. xij. diſcipulos ſecre. xx.

Finit tabula.